D inter Græcos maxime, secuti sunt: quo fit ut in secundis habenda sint ejus generis scripta, non ut pene nulla; mihi haud raro interpolatis Rusino ejusque affusis furfuribus ad fidem auctiorumque censum potiora. Sed hæc obiter. Ad rem quod attinet, prætexebant pietatem Euthychiani et Monotheelite, quasi reverentur illi quidem, nec admissa distinctione solveretur naturarum unitio; hi vero, ne contrarias in Christo voluntates ac peccatum inducerent, si et humana præditure voluntate dicerent. Quæ maxime Sergii cavillatio fuit, ejusque discipuli Macarii Antiocheni. Reddi itaque possit, animi probitas, verecundia ac pudor, cautio ac timor, et si quid ejusmodi est: Turr. bellam prudenter reddit: possit et sapientiam. Dicunt xanthophoros, quasi ironice et per ἀντιφράσιν, pro xanthophoros, quod est malitia, mentis, perversitas.

duas naturales voluntates, ex eorum mente ac sententia, essentialesque operationes in uno eodemque confluemur ac admittamus. Nam, si unam in eo voluntatem **51** unamque operationem dixerimus, aut eum non etiam natura hominem, sed solum Deum, aut natura tantum hominem, et non Deum; aut neque hominem, neque Deum esse, palam profitebimur. Puta, si naturalem forte voluntatem dixerimus, haec aut divina prorsus est, aut humana. Si divina, ea Verbum natura volet quae sunt divina; se natura Deum, eademque ac Pater praeditum voluntate, solummodo ostendens; non autem hominem. Non enim res patitur, ut quod natura humana est, nota sit ac insigne ejus quod est natura divinum: utique neque, ut quod divinum est, per id quod est essentialiter humanum cognoscatur. Hoc vero ipsum consequenter fiat, si et natura humanam voluntatem dixerimus. Sin autem personalem dicamus; ejus duntaxat personae nota atque insigne crit; nec secundum eam cum Patre atque nobiscum quidquam communicabit. Persona enim ab operationibus dicenda sunt.

At non propterea (apage) divinorum Patrum singulares de his voces (id est, operationibus) nempe unum quid significantes repudiamus; tum nempe ejus, cuius facta mentio est, divini interpretis beati Dionysii *Deivirilem operationem*, tum sapientissimi Cyrilli, *Unam atque affinem utriusque munere editam operationem*. Has enim illi propter unionem, naturaliumque operationum inter se prorsus quasi natura consertam cohaesionem, pie praedicarunt; uti et duplices (quae scilicet duo significant) ob essentialem ac naturalem earum distinctionem. Vox enim *Deivirilis* divinam simul humanamque operationem complectitur. Convenientem enim doctor commentus vocem, quae utramque operationem, uti dicebam, singulariter prolata complecteretur, duplum operationem, ejus qui duplex natura sit, circumlocutione significavit. Quia enim prius dixerat: *Non Dei more divina operatus (eo quod non erat nudus Deus), sed natura quidem operatus, quae erant divina (natura enim Deus erat), verum per carnem quae in persona ei unita erat. Neque humana more hominis operatus (quod nimis non homo simplex erat), sed natura quidem operatus humana (quippe qui homo natura erat), verum divina auctoritate,* non necessitate aliqua, aut vi naturali, uti se res in nobis habet, ad agendum adactus, divinam simus; atque virilem ejusdem naturalem operationem conseruit; ut quod neutra existat **52** sine altera, sed alia in alia, aliaque per aliam, ob indissolubilem unionem ad instar earum rerum quae sunt congenitae ac quasi coalitae, intelligentur; ambasque singulari voce complexus, circumlocutione praedicavit. Ut, qua dixit, tum divina operatum, tum humana, etsi non Dei more, nec vero more hominis; quod non

A κατ' αὐτοὺς, καὶ οὐσιώδεις ἐνέργειας, ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑνὸς ὅμολογειν. Εἰ γάρ ἐν ἐπὶ αὐτοῦ Θέλημα καὶ μίαν ἐνέργειαν εἴποις μεν, η̄ τούτον οὐκ ὅτα φύσει καὶ ἀνθρωπον, ἀλλὰ μόνον Θεόν· η̄ φύσεις μόνον ἀνθρωπον, καὶ οὐ Θεόν· η̄ οὗτε ἀνθρωπον οὔτε Θεόν σαφῶς δργματίσομεν. Οἶον, εἰ μὲν φυσικὸν τὸ θέλημα τυχὸν εἴποιμν, η̄ Θεὸν πάντως, η̄ ἀνθρώπινον τοῦτό έστι· καὶ εἰ θεόν, τὰ θεῖα κατ' αὐτὸν θελήσεις φυσικῶς ὁ Λόγος· Θεόν φύσεις μόνον καὶ συνθετήτην τῷ ίδιῳ γεννήτορε δεικνύει· ξαυτὸν, καὶ οὐκ ἀνθρωπον· οὐ γάρ πέρφυκε διὰ τοῦ φύσει Θεού, η̄ ἀνθρώπινον φύσεις χαρακτηρίζεσθαι· ὡσπερ οὐδὲ εἰς τοῦ κατ' οὐσίαν ἀνθρωπίνου, τὸ κατ' οὐσίαν Θεού γνωρίζεσθαι. Τοῦτο δὲ, καὶ εἰ ἀνθρώπινον φῶμεν τὸ θέλημα φύσει, κατὰ τὸ ἀκόλουθον συναρθήσεται. B Εἰ δὲ ὑποτατικὸν, τῆς αὐτοῦ μόνης ὑποτάσσεις ἔσται χαρακτηριστικόν· καὶ οὕτος ἂν κατ' αὐτὸν κοινωνήσῃ Πατρὶ καὶ ἡμῖν· τῶν γάρ ἀκριβῶν ὑποτάσσεις διατέλλεται καὶ χωρίζεται. Τὰ αὐτὰ δὲ πάλιν καὶ περὶ ἐνέργειῶν ἔστιν εἰπεῖν.

extremis discernitur ac sejungit. Quae ipsa etiam C 'Αλλ᾽ οὐ διὰ τοῦτο, μή γένοιτο, τὰς τῶν θεοφύσεις Πατέρων περὶ αὐτῶν, φημὶ τῶν ἐνέργειῶν, μοναδικὰς ἐξαρινόμεθα, τὴν τε τοῦ λεχθέντος θεοφάντορος ἀγίου Διονυσίου<sup>57</sup>· οὐ θεανδρικὴν ἐνέργειαν, οὐ καὶ τὴν Κυριλλοῦ τοῦ σοφοῦ εἰ μίαν τε καὶ συγγενῆ δι' ἀμφούν ἐπιδειγμένην ἐνέργειαν. οὐ Αὕτα μὲν γάρ διὰ τὴν ἔνωσιν, καὶ τὴν πρόδηλην, ἀλλήλας διδόλου τῶν φυσικῶν ἐνέργειῶν συμφίλαν, εἰσεδῶς αὐτοῖς ἐκηρύχθησαν· ὡσπερ καὶ εἰ δυῖχαν, διὰ τὴν οὐσιώδη καὶ φυσικὴν τούτων διαφοράν. Ή γάρ θεανδρικὴ τῆς θείας δόμοῦ καὶ ἀνδρικὴς ἐνέργειας ὑπάρχει περὶληψίς. Κατάλληλον γάρ ὁ διδάσκαλος ἐπινοήσας φωνὴν, ἀκατέρων, ὡς ἐφην, τῇ προφορῇ συλλαμβάνουσαν, καὶ ταύτην μοναδικῶς ἐκφωνήσας, τὴν διπλῆν, τοῦ διπλοῦ τὴν φύσιν, ἐνέργειαν περιφραστικῶς παρεδήλωσεν. Ἐπειδὴ γάρ πρότερον ἐφησεν, οὐ κατὰ Θεόν τὰ θεῖα δράσας, οτι μὴ γυμνὸς ὑπῆρχε Θεός· ἀλλὰ δράσας μὲν φύσεις τὰ θεῖα· Θεός γάρ ήν κατὰ φύσιν· διὰ σαρκὸς δὲ, τῆς αὐτῷ καθ' ὑπόστασιν ἡνωμένης· οὐ τὰ ἀνθρώπινα κατὰ ἀνθρωπον, οτι μὴ ἀνθρωπος ὑπῆρχε ψύλος· ἀλλὰ δράσας μὲν φυσικῶς τὰ ἀνθρώπινα· φύσει γάρ ἀνθρωπος ήν· κατὰ φύσιν ἐνέργειαν· ὡς μηδετέρων τῆς ἐτέρας οὐσίαν χωρίς, ἀλλ' ἐν ἀλλήλαις τε καὶ δι' ἀλλήλων συγεφύως γνωρίζομένας, διὰ τὴν ἀλιτον ἔνωσιν· καὶ μοναδικὴ φωνὴ συλλαβῶν δύμφω, περιφραστικῶς ἀνεκήρυξεν. Ινα τῷ μὲν δρᾶσαι τὰ τε θεῖα καὶ ἀνθρώπινα εἰπεῖν· εἰ καὶ μή κατὰ Ηεδν, μήτε μήτιν κατὰ ἀνθρωπον· οτι μὴ γυμνὸς, ὡς ἐφην, Θεός, μήτε ψιλὸς ἀνθρωπος ήν· δύμως δὲ κατ' ἀλήθειαν δρᾶσαι, τὴν τῶν φυσικῶν ἐνέργειῶν οὐσιώδη πε-

<sup>57</sup> Epist. 4, ad Caium.

επωνήτας: διεφοράν· τῷ δὲ συλλαβεῖν ταύτας, καὶ τῇ προτόφρωφ φωνῇ συνοπτικῶς ἔξειπεν διὰ τῆς θεονθρακῆς ἐνεργείας, τὴν τούτων ἀδιάτπαστον οἰωνὸν ἐκδιδάσῃ.

Καὶ τὸ Κυρίλλου δὲ τοῦ σοφοῦ εἰ μία τε καὶ συγγένης & ἀμφοῖν ἐπιδειγμένη ἐνέργεια, τῇ τοῦ πρετάλου τούτου Πατρός μεγίστης ἔχεται διανοίας<sup>(q)</sup>. Τὸν γάρ τῶν φυσικῶν ἐνεργειῶν καύτης συμφυτῶν καὶ ἑνωσιν δι’ αὐτῆς ἐκπαιδεύει. Θελῶν γάρ δεῖξαι καὶ διανεύφημος οὗτος ἀνὴρ, ως ἡ τε σάρξ Θεός, καὶ ἡ κατ’ αὐτὴν οὐσιώδης ἐνέργεια, θελα τῇ πρός τῇ φύσει Θεὸν Λόγον ἑνώσει γεγένηται<sup>10</sup>, καὶ τὰ ὑπὲρ μηθραπον ἐνήργει, μή ἐκστᾶσα τούτου, οὐπερ δι’ κατὰ φύσιν· ὁπερ εὖν καὶ αὐτὸς διὸ Λόγος τῇ ταύτῃ προσλήψει δι’ ἡμᾶς ἐκουσίως γέγονεν μηθρωπος, τὰ κατὰ μηθραπον ἐνεργῶν· καὶ περ ὑπάρχων φύσει Θεός, διαγορεύει τούτον, μή παντούργῳ προστάγματι μόνον λασθανεῖ καὶ ζωοποιεῖν, ως μή Θεὸν θνετούργον· ἀλλὰ συνεργάτιν ὁπερ τινά, πρὸς τούτο δι’ μάλιστα, τὴν ἀγίαν αὐτοῦ σάρκα λαμβάνειν ἐπειγεσθαι· καὶ ζωοποιεῖν καὶ θεραπεύειν δι’ αὐτῆς καὶ τῆς κατ’ αὐτὴν ἀρτῆς καὶ φωνῆς· ἵνα ταύτην διεικόνυμη ζωοποιεῖν δυναμένην, διὰ τὸ πρός αὐτήν τὸν τῇ ἑνώσει γενέσθαι· καὶ αὐτοῦ τοῦ φύσει ἑνωτοῦντος τὰ σύμπαντα, καὶ οὐχ ἐτερον σάρκα εργάσασθεν. Διὸ καὶ μίαν αὐτοῦ καὶ αὐτῆς, φρεπτής ἀγίας σαρκὸς; καὶ συγγενῆ δι’ ἀμφοῖν ἐπιδειγμένης ἐνέργειαν· μίαν μὲν τῇ ἑνώσει συγγενῆ δι’ εἶται, τοῖς μέρεσιν· ως τὴν αὐτὴν οὖσαν, ἐν τε παντούργῳ προστάγματι, καὶ ἀφ’ τῆς ἀγίας σαρκὸς δι’ ἄλλον γάρ, ως Θεός, διὸ Λόγος ταύτην σαρκὸς ἐπεικόνιστο· διεκνύει τῷ καὶ δι’ αὐτῆς ζωοποιεῖν, ως καὶ αὐτὴ γέγονεν δι’ διλού ζωοποιός· παντεπερ καὶ τοῦρ διὰ σιδήρου καίσον, ἑνώσει τῇ πρός εἰληντανόν ἀποφαίνει τὸν σιδήρον· ως εἰναὶ διὰ τοῦτο μή τοῦ πυρὸς κατά φύσιν μόνον τὴν εἰσπνήν, ἀλλὰ καύτην τοῦ σιδήρου διὰ τὴν ἑνώσει· καὶ τὴν τοῖς θαύμασι θείαν τοῦ Λόγου πάλιν ἐπεργειαν. μὴ τοῦ αὐτοῦ μόνον διὰ τὴν φύσιν ἐπεργειαν, ἀλλὰ καύτης τῆς ἀγίας σαρκὸς, διὰ τὴν πρὸς εἰστὴν καθ’ ὑπόστασιν ἑνώσιν· συνεργάτιν γάρ ἐστιν ταύτην τὸν τοῖς θείοις παρελάμβανεν, διὰ τὴν φύσιν διὰτικελος, ὁπερ καὶ ψυχὴ τὸ ίδιον σῶμα, πρὸς τὴν τῶν οἰκείων ἔργων ἐκπλήρωσιν. Αὕτη γοῦν ἡ μία καὶ συγγενῆς δι’ ἀμφοῖν ἐπιδειγμένη ἐνέργεια, τὰν κατὰ φύσιν ἐνεργειῶν δηλούσα τὴν ἑνώσει· τὸ ἐτερογενὲς τούτων καὶ διεκνύ, καθάπερ καὶ

<sup>10</sup> Fr. "Οτι καὶ τὴ σάρξ Θεός, τῇ πρός τὸν Λόγον ἑνώσει· καὶ τὰ φυσικὰ αὐτῆς θεῖα, τῇ πρός τὸν αὐτὸν θνετα· καὶ συμφυτὰ γεγένηται. Etiam carnem Deum unione cum Verbo; r̄susque naturalia divina, unione cum ipso ac cohaesione facta esse.

## NOTÆ

(q) Μεγίστης ἔχεται διαροίας. Dionysii intelligentiam cohaeret; eumdem sensum altissimum habet. Ac certe carnis Christi communilitatem hanc operationis ac virtutis cum Verbo ac unitione ad ipsum, nendum in propria specie, sed et in mystica beatitudine, ut vocat, seu Eucharistia, nemo Parvus plenius Cyrillo altiusque executus est, pror-

nudus Deus, ut dicebam, nec homo simplex esset; sed vere tamen operatum; essentiale naturalium operationum distinctionem astrueret: qua vero complexe et voce accommodata breviter Deivirilen. operationem vocavit, indivulsam ipsarum unionem doceret.

Sed et illa sapientissimi Cyrilli: « Una et aīnis utriusque munere edita operatio, » magni hujus Patris maximæ intelligentiæ proxima est. Nam ipse quoque summam quamdam naturalium operationum, cohaesionem ac unionem per illam docet. Cum enim etiam viro huic clarissimo constitutum esset, ut ostenderet carnem Deum, ejusque essentiale operationem, unionem cum Verbo natura Deo, divinam factam esse, majoraque quam pro hominis ratione esse operatam, cum ab eo quod erat natura, minime excessisset, ut etiam ipsum Verbum, ea propter nos sponte assumpta, homo factum est, humana operans, quanquam erat Deus natura; ipsum docet, nendum jussione omnium effectrice curare ac vitam tribuere; ut qui non sit nudus Deus, sed velut operis sociam, ad hoc maxime sanctam carnem suam sedulo adhibere; perque eam, ejusque tactu et voce vivificare atque curare, ut eam ostendat vivificandi vi preditam; idcirco nimirum quod unum cum ea per unionem factum est; vereque ac proprie ipsius natura cunctis vitam largientis, non alterius caro est. Quamobrem etiam unam suam, ejusque (sanctæ scilicet carnis suæ), alique affinem utriusque munere edit operationem; unam quidem, unione; rursus vero, partibus affinem; quæ videlicet tum in jussione omnium effectrice, tum in sanctæ carnis contactu eadem ipsa existeret: utriusque enim munere, Verbum ut Deus, hanc clare exhibebat; nempe ostendens, qua per eam quoque vitam tribuebat, ipsam etiam prorsus vivificam evasisse; ut etiam ignis ferro adurens, unione cum ipso, ferrum præstat urendi vi præditum: ita nimirum ut ustio nendum ignis natura sit, sed et ipsius ferri, qua illi unitum est: divinaque rursus patrandis miraculis **53** Verbi operatio, non ipsius solum sit propter naturam, sed et sanctæ ipsius carnis, ob personalem ejus cum ipsa unionem. Sibi enim in divinis, operis sociam eam adhibebat, ut loquitur magister, haud secus ac anima corpus adhibet, ut opera sua compleat. Hæc igitur una est ac affinis utriusque munere edita operatio, quæ naturalium operationum unionem declarans, diversi eas generis duasque, haud secus

sus consentaneæ ac proxime Dionysio, sive ipsum Cyrus legit, sive eamdem ac ille ecclesiasticam doctrinam ac traditionem exposuit: cuius etiam multa mihi relata ac stylo ornata in Biblioth. PP. concessionat. ad diem festum Corporis Christi. Non satis expedite Turr., maximum sententiam Patris continet.

ac etiam Deivirilis operatio, vi sua a seque proprie significet; quod ad ambas referatur partes, ex quibus et in quibus unum ac singulare Verbum incarnatum existebat; spectetque ad utramque; utriusque scilicet munere edita; tum nempe jussionis omnium effectricis, tum contactus sanctae carnis

Ne quem vero prorsus vox συγγενῆς (sive affinem sive cognatam ac quasi ejusdem generis dicas) quasi paulo insolentior offendat. Usurparunt enim sancti Patres, tum in iis quae ejusdem essentiae sunt, tum quae diversae. Testis magnus Gregorius Theologus, dum in hæc verba de anima disserit, in *Oratione funebri* in fratrem suum Cæsarium: Post vero etiam aliquanto, cum cognatam carnem, quacum philosophata celestia est, receperit. Quo loco Gregorius, carnem animo cognatam, seu affinem, vocavit, non ratione naturæ, sed unionis. Rursusque *Oratione in sancta lumina de unigenito Filio docens*: «Cui et cognatus Spiritus testimonium perhibebat.» Quo loco cognatum, non ratione unionis dixit, sed ratione naturæ. Quin et ipse sapientissimus Cyrus, tum de rebus essentia seu natura, tum persona discretis, nullo discrimine, cognati vocem atque affinis usurpat; atque hæc ait Commentariis suis in Joannis Evangelium, de curatione, quæ est per divinum baptismum, «Utrique quodammodo affini et amica. Spiritu enim sanctificat hominis spiritum; aqua vero corpus.» Quæ vero ac qualis affinitas seu cognatio Spiritus sancti et aquæ, sive essentiam ac naturam species, sive subsistentiam personamque cum spiritu nostro ac corpore; quanquam maxime hæc nobis, ac quibus partibus compositi sumus, secundum gratiam ob sacrum regenerationem accedit.

Sed et ipse rursus numerus singularis, ut cunctis manifestum est, per omnia conjugatorum genera et casus, tum in iis quæ ejusdem, tum quæ diversæ essentiae ac naturæ sunt, a sanctis usurpatur, id 54 nempe attendentibus, quod vel unione, vel natura unum existit, ut est illud, «Unum ex amboibus et per unum ambo.» Illudque, «Una persona, unaque natura Dei Verbi incarnata.» Illud item, «Etsi enim utrumque unum; non tamen natura, sed coitu.» Ac rursus in iis quæ ejusdem essentiae sunt ac naturæ, ut illud, «Et erat, et erat, et erat; et unum erat. Lumen, et lumen, et lumen; sed unum lumen.» Illud quoque, «Unus Deus, et una natura, suprema illa», ait Gregorius Theologus. Non igitur, quas sancti singulares voces aut affines, ad unionem significandam dixerunt, omnino

A ή Θεανδρική ἐνέργεια, δι' ἑαυτῆς κυρίως σημαίνει· τῷ πρὸς ἀμφῶ τὰ μέρη, τῶν ἡς ὁν καὶ ἐν οἷς δὲ εἰς καὶ μόνος ἔγνωριζε σεσαρκωμένος Λόγος, ἀναγέρεσθαι· καὶ ἀμφοτέρων ὑπάρχειν, ὡς δὲ ἀμφοῖν, τούτο τὸ παντόυροῦ προστάγματος, καὶ τῆς ἀρχῆς τῆς ἀγίας σαρκὸς ἐπιδειγμένη.

Οὐ δεῖ δὲ τῷ συγγενεῖ ξενίζεσθαι παντελῶς· ἐπὶ τε γάρ ὅμοιοις καὶ ἑτεροουσίαις λέλεκται τοῖς ἀγίοις Πατέραις τὸ συγγενές· καὶ μάρτυς θεολόγος καὶ μέγας Γρηγόριος, περὶ ψυχῆς λέγων οὐτῶς ἐν τῷ εἰς Καισάριον τὸν αὐτοῦ ἀδελφὸν Ἐπιταφίῳ ἀρχῷ, Μιχρὸν δὲ ὑστερον καὶ τὸ συγγενές σαρκίον ἀπολοσθῆσα, φὶ τὰ ἔκειθεν συνεψιλοσθῆσεν (r). Ἐνταῦθα διὰ τὴν ἔνωσιν, ἀλλ' οὐ τὴν φύσιν συγγενῆ τῇ ψυχῇ τὴν σάρκα κέκληκεν δὲ διδάσκαλος. Καὶ πάλιν, Ἐν τῷ Εἰς τὰ φῶτα, περὶ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ διδάσκων, φησι· Καὶ δὲ ύπὸ τοῦ συγγενοῦς μαρτυρούμενος Πτεύματος (s). Νῦν τὸ συγγενές διὰ τὴν φύσιν, ἀλλ' οὐ τὴν ἔνωσιν εἰρηκεν. Αὐτὸς δὲ Κύριλλος διαφέρει καὶ τῇ οὐσίᾳ καὶ ὑποστάσει διηρημένων τὸ συγγενές ἀπαρατηρήτως λαμβάνει· καὶ τάδε λέγει τὸν εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην ὑπομνηματίζων <sup>τοντον</sup>, περὶ τῆς κατὰ τὸ θεῖον βάπτισμα θεραπείας, «Συγγενῶς πως ἔχοντος πρὸς ἀμφῶ τῶν δεδηλωμένων. Πινεύματι μὲν γάρ ἀγίας εἰς τοῦ ἀνθρώπου τὸ πνεῦμα· ὑδατὶ δὲ αὖ, τὸ σῶμα.» Τις δὲ, καὶ ποία συγγένεια Πτεύματος ἀγίου καὶ ὑδατος κατὰ τε οὐσίαν ή υπόστασιν, πρὸς τὸ ἡμέτερον πνεῦμα καὶ σῶμα; εἰ καὶ τὰ μάλιστα κατὰ χάριν ἡμῖν καὶ τοῖς ἡς ὁν συγκειμέθα μέρεσιν αὐτὴν προσγίνεται, διὰ τὴν ἱερὰν ἀναγέννησιν.

C Καὶ πάλιν ἐπὶ τῶν ὅμοιοις, αὐτὸς δὲ μοναδικὸς ἀριθμός, ὡς πᾶσιν εἴδηλον, καθ' ἔκαστον τῶν ἐν πτώσεις γενῶν Εν τε ὅμοιοις καὶ ἑτεροουσίοις (t), πρὸς τῶν ἀγίων παραλαμβάνεται, τὸ καθ' ἔνωσιν, ή δηλοντές σκοπύντων, ὡς τὸ, «Εἰς ἡς ἀμφοῖν, καὶ δι' ἑνὸς ἀμφοτέρων.» Καὶ τὸ, «Μία ύπόστασις καὶ μία φύσις τοῦ Θεοῦ Λόγου σεσαρκωμένη <sup>τοντον</sup>.» Καὶ τὸ, «Εἰ γάρ καὶ τὸ συναμφότερον ἔν, ἀλλ' οὐ τῇ φύσει, τῇ δὲ συνδιῃ.» Καὶ πάλιν ἐπὶ τῶν ὅμοιοις, ὡς τὸ,

D «Καὶ ἦν, καὶ ἦν, καὶ ἦν, ἀλλ' ἔν ἦν. Φῶς, καὶ φῶς, καὶ φῶς, ἀλλ' ἔν φῶς.» Καὶ τὸ, «Εἰς Θεός, καὶ μία φύσις ή ἀνωτάτη,» φησιν δὲ θεολόγος Γρηγόριος. Οὐ δεῖ τοιγάρων τὰς μοναδικὰς τῶν ἀγίων φύσινς ή συγγενῆς διὰ τὴν ἔνωσιν εἰρημένας, ἐπ' ἀντροπῆ τῶν ὑδάτων ή ἑτερογενῶν λελεγμένων αὐτοῖς, διὰ τὴν διαφορὰν ἐκδέχεσθαι παντελῶς· ή πάλιν κατ'

<sup>(r)</sup> In Joan. iii, 5. <sup>(s)</sup> Athanas. de Incarn., et saepè Cyrill. Greg. Orat. 36, p. 582.

#### NOTÆ.

(r) Τὰ ἔκειθεν συνεψιλοσθῶσε. Excederunt hæc verba doctissimo interpreti Billio, solita elegantia reddituro. Turr. qua de iis, quæ illuc sunt, philosophatus est. Durum mihi, carne philosophari de celestibus et aternis; de rebus scilicet ævi futuri. Hæc enim sunt τὰ ἔκειται, ut et τὰ ἔντεῦθεν, quæ sunt ævi presentis. Spiritu potius et animo de illo philosophantur, etsi cum carne, illaque ei

socia ac subministra, seu instrumento ejus philosophiæ; qua ipsa virtutibus componitur, ac ratione regitur.

(s) Καὶ δὲ ύπὸ τοῦ συγγενοῦς μαρτυρούμενος Πτεύματος. Aliam Maximus, aut pleniorē habuit Greg. litteram cum hæc modo solum habeat, τοιγάρων φύσιν διαφοράν ἐκδέχεσθαι.

τινῶν ταύτας. Ὅ γάρ οὗτος ἐκλαμβάνων, καὶ μὴ ἀποστέρας ἐπίστες ἀσταζόμενος, καὶ προστηντώς, τὰς μὲν, τῇ ἑνώσει, τὰς δὲ, τῇ φυσικῇ διαφορῇ προσεργόντων· ή διαιρέσει πάντως, ή συγχύσει κατὰ τὸ τιτῆν; περιπίπτει μᾶλλον δὲ φάναι χυρίως, ἕντεν τεκτάλει, καὶ τῆς τῶν ἀγίων Πατέρων διωθεῖται πανωνίς διηθούς καὶ δομολογίας. Εἰ γάρ καὶ πρὸς τὸν Λόγον ἔνι η σάρξ καθ' ὑπόστασιν γέγονε, καὶ τῇ τοῖς τὴν ἑνέργειαν αὐτοῦ κατεπλούτησεν· ἀλλ' οὐδέποτε τοῦ κτιστῆν κατ' οὐσίαν ὑπάρχειν διέπειν, οὔτε τῶν φυσικῶν καὶ ἀδιαβλήτων παθῶν τὴν οὐσίων πέπονθεν ἐκδρομήν. Καὶ εἰ τοῦτο χυρίως ἔτιν, ὡς περ οὖν καὶ ἔτι, διάφορον τὴν τε φύσιν εἰτή, καὶ τὴν φυσικὴν πρὸς τὸν Λόγον ἐκέκτητο τυγχάνως ἑνέργειαν. Ἡν αὐτὸς ἔχων δι σαρκωθεῖσας· τὴν Θελαν καὶ Πατρικήν, καὶ τὴν τοῦ ιηδοῦ ἀνθρωπίνην· δι' ὧν ὅτι Θεὸς ἦν δι αὐτὸς καὶ ἀνθρωπὸς ἐπιστεύετο. Ὄν γάρ εἴχε τὰς φυσικὰς διεργίας, τούτων δηλαδή καὶ τὰς φύσεις. Ή; γάρ θοι, διὰ τὰ φωνῆς καὶ ἀρχῆς τῆς ἀγίας σαρκὸς, λύματος τε καὶ ζυμοποιῶν ἐδεικνυτο κατὰ φύσιν οὕτω τοῦν καὶ ἀνθρωπὸς ὧν δι αὐτὸς οὐσιῶδῶς ἔγνωρίζεται, τὰ τῆς αὐτῆς ἀρχῆς καὶ χειρὸς, λεντίων διαβατηρίους, καὶ νέπτων τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν· ταὶ τοῦν τοὺς δρότους, καὶ τούτοις διαδιδούς· καὶ τὸ φύσιον εἰς τὸ τρυπάλιον ἐμβάπτων· καὶ πάλιν διὰ τῆς ρωτῆς τὴν προσοῦσαν λύπην καταμηγύνων, περιπλακός ἐστιν η γυνή μου ἐνώς θαράτου. Καὶ, Νέτ η γυνή μου τετραγάγκαι. Καὶ, Οὐτως εὐχ λεγόσατε μιαρ ὥραν γρηγορήσαις μετ' ἐμού. Καὶ ὅτι ταῦτα, μηδέ, τοῦτο γέρει πεφυκός ἐκατέρρεις φύσεως, τὸν δέ τον καὶ ἐν αἷς συνέστηκεν, ἀθετῶν· διὰ τούτους διαστάσις ἑνέργειας τὰς φύσεις πιστούμενος. ταῦτα εἰπειν. Ετ : Sic, non potuistis una hora vigilare naturis comparatum est, inestque ambabus naturis, ex quibus et in quibus consistit, nullo modo abrogari adest aut : sed ex naturalibus operationibus

A accipiendæ sunt, ad evertendas quas iudicem duplex aut diversi generis, distinctionis causa protulerunt, aut rursus hæc illis committendæ. Qui enim sic interpretatur, nec ex æquo, ac convenienti aptaque ratione utrasque amplectitur, quo nimirum alias quidem unioni, alias vero naturali distinctioni accommodet, merito plane futurum ut aut in divisionem aut in confusionem incidat; vel, ut magis proprie loquar, ipse se illis irretiat, sequere a vera sanctorum Patrum societate ac confessione removeat. Nam etsi caro unum cum Verbo personæ ratione effecta est, ac qua illi unita est, ejus est locupletata operatione, haud tamen amisit quin essentialiter creata esset, ullamve prorsus jacturam fecit naturalium omniisque labe carentium passionum ac affectuum. Quod si ita se res vere habet, uti et plane habet, distinctam a Verbo tum naturam ipsam, tum naturalem operationem manifeste nacta est. Hac Verbum ipsum quatenus homo cum prædictum esset (ad ipsum enim per naturam spectabat; quippe cum simili nobis ratione, sanguinis ac carnis commercium iniisset), duas naturales operationes, perinde ac naturas, idem ipsum habebat; divinam scilicet et paternam, et quæ nostra ac humana erat; qua utraque Deus et homo idem esse credebatur. Quorum enim naturales operationes nactus erat, eorum utique habebat et naturas. Sicut enim voce tactuque sanctæ carnis <sup>d</sup>, Deum se, qui medelam ac vitam præstaret, exhibebat; sic rursus idem ipse eodem tactu manusque officio essentialiter homo innotesceret, linteo præcinctus <sup>e</sup>, pedesque discipulorum lavans, ac frangens pânes, eisque porrigenus, nec non buccellam in catino intingens <sup>f</sup>. Ac rursus voce præsentem tristitiam significans, dicenteque : Tristis est anima mea usque ad mortem <sup>g</sup>. Et : Nunc anima **55** mea tecum <sup>h</sup>! ac si qua ejusmodi sunt, quibus id quod naturam destruit : sed ex naturalibus operationibus fidem naturis astruit.

B Ut autem etiam sapientissimi Cyrilli auctoritate monstretur, non unam cum Verbo carnem nactam esse operationem, uti nec naturam, tametsi illi cognata, seu a filiis extiterit, ea ratione quod ob unionem imbuta deitate sit, audiamus quid ediscerat exponens Matthæi Evangelium libro secundo Confessionis. Idcirco ait operari in Spiritu Dei Ac certe vere, non carnis naturalis operatio, humanitatisque potentia Satanam dissolvit ac Beelzebul confundit. Alioquin præsto sit aliquis qui te doceat, si velit, quid vetet, quominus quisquis in animum induxerit, potestate adversus immundos spiritus prædictus sit. Vide utrum id carnis natura operetur. Omnes enim in carne sumus, unaque cunctis communis humanitatis ratio existit. At

<sup>a</sup> Hebr. ii, 14. <sup>b</sup> Matth. viii, 3; et ix, 25. <sup>c</sup> Joan. xiii, 4. <sup>d</sup> Marc. xiv, 20; Joan. xiii, 26. <sup>e</sup> Matth. xvi, 38. <sup>f</sup> Joan. xii, 27. <sup>g</sup> Matth. xxvi, 40.

## VARIE LECTIIONES.

<sup>h</sup> Ex Cyril. Coni. in Matth. qui desiderantur. Vexatus hic maxime locus velut in specie favens hæc.

neque opus carnis proprie, neque vero humanitatis, adversus spiritus prævalere (nam neque omnes ea vi pollent), quin potius operationis Spiritus opus facinusque esse conspicitur. » Vere igitur dixit Cyrillus, quatenus caro intelligitur et homo, spiritus opus suisse, non carnis, sive humanitatis, ejus vim illam contra dæmones ac robur. Certum quidem est ac exploratum, sanctum esse corpus Dominicum, omnique adversus omnem ægritudinem vi præditum: verum erat, atque est sanctum: non quod caro impli-citer intelligitur, in suis solummodo rationibus exsistens; sed quatenus Dei Verbi in ea habitantis, suoque spiritu propriam carnem sanctificantis, templum.

Quamobrem, ut ait vir hic divinus, revera naturalis operatio, ac humanitatis potentia, minime Satanam dissolvit; neque hoc præstat natura carnis. Nam alioqui etiam cuncti homines, qui in carne exstant, ac, quod attinet ad humanitatis rationem, unus sint, quod solum vellent operari, etiam adversus spiritus robur illud obtinerent. Hæc igitur vir beatus se docere palam significavit, ac suorum ipse verborum interpres fuit; nempe ex inhabita-tione, hoc est, unione secundum unam personam, non quod caro sit, in suis duntaxat rationibus exsistens, sanctam eam esse et vivificam; virtute sci-lacet adversus omnem ægritudinem sultam. Igitur nos quoque, pro eo ac sanctis expositum est, tum **56** distinctionis integrum ac illibatam rationem, na-turas ipsas, et quæ essentialiter illis competunt, post etiam unionem, incolumia servantem; tum dispensationis Christique mysterii modum omnino indulsum, summam earum quæ unita sunt cohæ-sionem uniformiter retinentem, custodiamus, omnemque a nobis tum divisionis tum confusionis noxam abigamus.

Sin autem non ita, quas sancti singulariter vo-ces protulerunt, tum scilicet *Deivirilem*, tum *Unam et cognatam*, pie ratione unionis dictas acceperi-mus ac intellexerimus, sed hanc vel ut naturalem, vel rursus ut personalem existimaverimus, unam Christum naturam necessario sentiemus, nullius prorsus earum participem, ex quibus est constitu-tus; quod neutra per naturam Christus existat. Nunquam enim natura cum natura naturaliter com-municaverit; sed omnis prorsus essentialiter par-ticipationis expers, ab omni distincta exsistit. Hoc vero nobis absurdum sequetur, si naturalem ope-rationem dixerimus. Si autem rursus personalem, extraneum a Patre et Spiritu, quod attinet ad ope-

## VARLÆ LECTIÖNES

<sup>11</sup> Fr. βουλόμενον. <sup>12</sup> Aliquot male repetitæ lineæ in Venet. Blach et Dufr. codd. mibi omissæ. <sup>13</sup> Fr. διπλαμβάνομεν.

## NOTÆ.

(1) Ἀλλ' ἀμέτοχος πάτη. Legit Turr. ἀλλὰ μέτοχος, quod et habuit Geras. Blacchi cod. Venet. aperto nimis errore. Reddit itaque, sed potius par-ticeps omnino secundum substantiam ab omni na-tura differt. Quæ ipsa aperte pugnant. Non enim differt natura a natura, seu ab ea distinguitur, quod participet, sed quod non participet, sitque quo participant personæ et ñpoστάταις, ipsa non participans. Quo sit ut, si una Christus natura est,

A οὗτο μὲν ἀνθρωπίτης, τὸ κατισχύσαι πνευμάτων, ἐπει μὴ πάντες ισχύουσιν ἐνεργεῖς δὲ μᾶλλον ὁρά-tαι τὸ κατόρθωμα διὰ τοῦ Πνεύματος. <sup>11</sup> Οὐκοῦν ἀλτ̄θες εἰργεῖν ὁ Πατήρ, καθὸ νοεῖται σάρξ καὶ ἁν-thρωπος, διτὶ Πνεύματος Ἐργον ἦν, καὶ οὐχὶ τῆς σαρ-κός, ἥγουν ἀνθρωπότητος; ή κατὰ τῶν δαιμόνων ισχύς. «Ἄγιον μὲν γάρ ὅμολογον μένων ἔστι τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου, καὶ πᾶσαν ἔχον κατὰ πάσις νόσου τὴν δύναμιν» ἀλλ' ἦν τε, καὶ ἔστιν ἄγιον, οὐχ ἐπεικερ ἀπλῶς νοεῖται σάρξ, ἐν μόνοις οὖσα τοῖς ἰδίοις λόγοις, ἀλλ' ἔστι ναὺς τοῦ κατοικούντος ἐν αὐτῇ Θεοῦ Λόγου, ἀγιάζοντος τὴν ἴδιαν σάρκα διὰ τοῦ Ιδίου Πνεύματος.

«Ωστε, ἡ φύσις ὁ θεῖος οὔτος ἀνήρ, κατὰ τὸ διτ̄θες, οὐ σαρκὸς ἐνέργεια φυσική, καὶ ἀνθρωπίτης, τὸς δύναμις παραλύει τὸν Σατανᾶν». οὐδὲ τοῦτο ἐνεργεῖ σαρκὸς ἡ φύσις <sup>12</sup>. ἐπει καὶ πάντες ἀνθρωποι ἐν σαρκὶ δύνεται, καὶ εἰς κατὰ τὸν τῆς ἀνθρωπότητος λόγον, ἀλλομενοὶ <sup>13</sup> ἀν ἐνεργεῖν, καὶ τὴν κατὰ πνευμάτων ἔχον ισχύν. Ταῦτα γοῦν <sup>14</sup> διδάξας σαφῶς παρέστηκε, καὶ τῶν ἰδίων ἐρμηνευτῆς γέγονε λόγιαν, ὡς τῷ ἐνοικεῖν, διπερ ἔστιν ἡνῶσθαι καθ' ὑπόστασιν μίαν, ἀλλ' οὐ τῷ σάρκη ὑπάρχειν, ἐν μόνοις οὖσα τοῖς ἰδίοις λόγοις, ἀγίᾳ ἔστι καὶ ζωοποίης, κατὰ πά-sτης νόσου τὴν δύναμιν ἔχουσα. Φυλάξαμεν τοιγαροῦν καὶ ἡμεῖς κατὰ τὴν τῶν ἀγίων ὑφῆγησιν, τὸν τε τῆς διαφορᾶς λόγον ἀλώνητον, τὰς φύσεις αὐτὰς, καὶ τὰ προσόντα κατ' οὔτιαν αὐτὰς; διατίκουντα καὶ μετὰ τὴν ἐνωσιν· καὶ τὸν τῆς οἰκονομίας τρόπου παντελῶς ἀδιάσπαστον, τὴν ἄκραν τῶν ἡνῶμένων συμφύλαν ἐνοεῖδος· συντηροῦντα· καὶ τὴν πᾶσαν ἡμῶν ἔξελάσωμεν διατρέψον τε καὶ σύγχυσιν.

C El δὲ μὴ οὕτως τὰς μοναδῶν εἰρημένας τοῖς ἀγίοις φωνάς, τὴν τε Θεαρδικὴν καὶ τὴν Μιαρ τε καὶ συγγένην, κατὰ τὸν τῆς ἐνώσεως λόγον εὐεσθῶς ἀκεκόμενα καὶ νοήσαμεν, ἀλλ' ἡ ταύτην ὡς φυσικὴν, ἢ πάλιν ὑποστατικὴν ὑπόλαβωμεν, φύσιν μίαν ἐξ ἀνάγκης τὸν Χριστὸν δογματίσομεν· μηδετέρας τῶν ἐξ ὧν συνέστηκε τὸ παράπαν μετέχουσαν, διτὶ μηδεμίᾳ κατὰ φύσιν ὑπάρχει Χριστός. Φύσις γάρ πρὸς φύσιν οὐκ ἀν κοινωνήσῃ κατὰ φύσιν ποτ' ἀν-<sup>15</sup> ἀλλ' ἀμέτοχος, πάντη (8) κατ' οὔσιαν πρὸς πᾶσάν ἔστι διάφορος· τοῦτο μὲν ἡμῖν συναχθεσται, φυσικὴν τὴν ἐνέργειαν λέγουσι· εἰ δὲ πάλιν ὑποστατικὴν, ἀλλοτριώσομεν αὐτὸν τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Πνεύματος κατὰ τὴν ἐνέργειαν. Οὐδενὶ γάρ χρακτηρί-

uti operatio, nihil sit eorum ex quibus constitutas est, id est, nec Deus, nec homo, nec cum Patre nec nobiscum communiceat. Quod argumentum, uti alibi passim, sic hic quoque Maximus vexat: nec debuit vir theologus re tam proclivi ab ejus deviari sententia, ac quod ab omni alhorret sacra pro-fanaque philosophia, ex nota elisionis male omissa, festinaente Antiquarii calamo, decoquere.

επικρήτης ίδιας ὑποστάσεως, τοιοννήσεις<sup>44</sup> ποτέ οὐ ποτέ οὐ πατέρι καὶ Πνεύματι δὲ Τίτος.

Μύθαμῶς τοιγαροῦν βουληθῶμεν φυσικὴν ή ὑποστατικὴν· εἰπὲ αὐτοῦ τοῦ σαρκωθέντος Λόγου, καὶ τοιεῖς ένανθρωπήσαντος ὄμολογεν τὴν ἐνέργειαν. Οὐδέποτε γέρε τῶν ἀπὸ τῆς θείας αὐτοῦ πρὸς τὸ μέσον κατεβάσαντας μέχρι νῦν ἄγιων Πατέρων, φυσικὴν ή ἐντοπιστικὴν ὄμολογεν τὴν ἐνέργειαν εἰπὲ αὐτοῦ παραδίδονταν ἀλλ' οὐδὲ μίαν φρήτως<sup>45</sup>, ὡς ἐκεῖ γινώσκειν, ή μόνον Κύριλλος δὲ θεσπέσιος<sup>46</sup> τὴν ὁσπερερ θλοφύχως ἔχοντες, κατέπερ αὐτοῦ μόνου τυγχάνουσαν, τῆς θείατος χάριν· πῶς οὐχὶ καὶ τὰς τῶν δλων σχέδον διὰ των Πατέρων, κατούν δὲ πάλιν δέχεσθαι περιχαρᾶς προτήκει διάκις φωνάς, τῆς φυσικῆς ἐνεκεν διαφορᾶς· ἵνα μὴ τῆς περὶ τὴν μίαν καὶ μόνον αὐτοῦ λέξην προτελέσῃ καὶ παραδοχῆ, τούτου τε καὶ δλων ἀγίου τὴν ἀκονθίην καὶ τὴν ἀκυρωσίαν τῶν λόγων πατέρων<sup>47</sup> ὡς μὴ δλλου τινὸς αὐτῶν, ή μόνου Κυρίλλου τὴν εὐτελή τοῦ κηρύγματος πιστευθέντος; ἀπίστευν καὶ ταύτην οὐκεὶ ἐν τοῖς ἀλλοις λόγοις πάντα, τοῖς τὴν διαφορὰν δηλοῦσιν, ἀλλ' ή μόνον τηρητική μία συγγραφεῖ διεργείᾳ.

Ἄλλως τοι, πῶς μίαν διπλῶς εἴπει Χριστοῦ τοῦ θεοῦ τινές φασι τὴν ἐνέργειαν; Ἀνάγκη γάρ η τῶν εἰκανῶν ταύτην ὑπάρχειν μερόν, ή αὐτοῦ πάντως ὡς θεοῦ. Ἀλλ' εἰ μὲν τῶν μερῶν, μερισθεσταὶ πρὸς ἕρετον δημάδη τεμνομένη· τούτο δὲ πάσχουσα, λυθεῖσαι πάντως, καὶ συνδιαλύσει τὰ κατ' αὐτήν τηναρά. Εἰ δὲ τοῦ δλου, τῶν ἐναντίων ἔσται δεκτατή, θετή καὶ ἀδέντωτος οὐσα, κτιστή καὶ δικτιστή, περιγραπτή καὶ ἀπεριγραφος. Καὶ εἰ τούτο, πῶς ἐν ταῖς στέρεταις οὖσαις καὶ μὴ οὖσαι τὴν οὐσίαν ὁ Ιησοῦς εἶχεν ἐνέργειαν· διὸ τι, ὡς κατ' εὐτὴν περιγράψας ἐνεργῶν, τῶν ἐναντίων κατὰ τὸ οὐκ ἔστιν; ἀλλ' οὐ κατ' ἄλλο καὶ ἀλλο· οὐ τί διεπάπτειν;

Πεισθὲν δὲ καὶ περὶ θελήματος ἔστιν εἰπεῖν. Πῶς δὲ διανεργάτειν τὴν οὐσίαν δὲ Λόγος παρελάμβανε τίκτει, κατὰ Κύριλλον τὸν σοφὸν, οὐκ ἔχουσαν τὴν οὐσίαν τίκτειν ἐνέργειαν; Τό γάρ μὴ ἔχον ἐνέργειαν μήτε κίνησιν φυσικὴν, νεκρὸν πάντως καὶ δύσχον· καὶ τὸν λόγον προσίστο τὸ νεκρὸν εἰς συνέργειαν; Τό γάρ ἐπενέργητον, τῇ παντελεί ἀκινησίᾳ καταργεῖται. Πῶς δὲ ταύτην ἔδεικνυς ζωοποιεῖν δυναμένην, ὡς αὐτὸς πάλιν Κύριλλος ἔξεπαλδεύσεις, διὰ τῶν κατὰ φύσιν αὐτῆς κινητάτων· οἷον τῆς ἀφῆς, τῆς φωνῆς, τῶς περιπάτου, τούτων οὐκ διτῶν αὐτῆς, ή ἐν αὐτῇ κατ' οὐσίαν. Εἰ γάρ αὐτῆς κατ' οὐσίαν, φυσικὴν πάντως ή σαρξ εἶχεν ἐνέργειαν ἐνεργείας γάρ αὐτῆς οὐσιώδους ἔστιν, ή τε κίνησις τῶν χειρῶν καὶ τῶν ποδῶν, καὶ ή κατὰ τὴν προφορὰν φωνῆς. Εἰ δὲ

A rationem, eum faciemus. Nullo enim quod propriam personam insigniat, ejusque nota propria sit, Filius unquam cum Patre et Spiritu communicaverit.

Neutiquam igitur committamus, ut in Verbo incarnato ac perfecte facto homine, naturalem aut personalem operationem consiteamur. Nullus enim hactenus sanctorum Patrum, ex quo ad nos Christus descendit, naturalem in eo operationem, aut personalem constendam tradidit; at neque unam expresse, quantum nosse contingit, uno duntaxat excepto divino Cyrillo: quam vocem, sicut toto animo amplectimur ob unionem, etsi illius solummodo est; qui non etiam rursus conveniens, ut omnium fere sanctorum Patrum, ipsiusque adeo Cyrilli duplices voces, naturalis distinctionis causa libentes recipiamus? ne scilicet dum unam, et quae illius duntaxat sit, dictionem vindicamus ac recipimus, tum ejus ipsius, tum reliquorum sanctorum verba rejiciamus ac improbemus; quasi nulli eorum, excepto duntaxat Cyrillo, limata prædications pietas concredita fuerit; atque hanc, ne ipse quidem in reliquis suis sermonibus, qui distinctionem significant, sed solummodo qua unam ac cognatam, seu affinem, operationem dixit, tenuerit.

**57** Præterea, quomodo unam simpliciter in uno Christo Deo operationem nonnulli dicunt? Necesse est enim hanc, vel ipsius partium esse, vel ejus omnino ut totius. Ac quidem, si partium, in ambas utique partes scissa dividetur: quod si flat, omnino dissolvetur, ac una secum dissolvet, quae secundum eam copulata sunt. Si autem totius, erit contrariorum capax; quae mortalis et immortalis, creata et increata, comprehensa et incomprehensa existat. Dumque hoc dederimus, Christus ea propria operatione secundum habitum et privationem prædictus erat, quae ipsa erat et non erat; ob quam, ut secundum eam exinde ejus indole convenienter operans, secundum idem; et non secundum aliud atque aliud, contrariorum capax existebat: quo quid magis impium dici queat?

Idem vero etiam dicendum de voluntate. Quoniam autem modo Verbum, carnem propriam adhibebat operis sociam, ut sentit ac loquitur sapientissimus Cyrus, cum naturalis operatio eam desiceret? Quod enim operatione motuque naturali desicitur, prorsus mortuum est et inanime. Quia autem ratione quod mortuum esset, in operis partem asciscebatur? Quod enim expers est operationis, motu omni vacans inersque torpet. Quoniam vero modo posse hanc vivificare monstrabat, ut idem rursus Cyrus docuit, per motus suos naturales; puta, tactum, vocem, ambulationem, si haec ejus, vel in ea essentialiter non erant? Si enim ejus essentialiter erant, naturalem plane caro operationem habebat. Ad essentialē quippe ejus

#### VARIÆ LECTIONES.

<sup>44</sup> Φρ. κανονικήζει. <sup>45</sup> Diony:ius enim κανήγη dixit, novam, non μίχη, unam.

operationem spectant, tum manuum pedumque motus, tum vocis prolatione. Sin autem haec per natum illius non erant, nec hanc quae vitam praestare posset, Salvator exhibebat.

Pauca haec ac exigua ex multis, vestris pariter vestrique similium sanctorum theologorum institutus doctrinis, vestro sacro iussu ac hortatu, modicis his litteris confidenter mandavi, majora ausus quam pro mea facultate, qui ipse exiguis ac tenuis; ac neque solerti ingenio ad conjectandum, neque facili et expedito sermone ad explanandum, neque ornata ac laudabili indole ad ea quae virtutis sunt expedienda, existam: sed cui potius, per vestram intercessionem, Deus optimus umbraculum per gratiam faciat, ac multitudinem peccatorum meorum **58** operiat. Obsecro autem cum lacrymis, tanquam vestris ipse coram obvolutus vestigiis, quandoquidem vos Spiritus sanctus animarum episcopos ac servatores constituit, ne gravemini in quibus non satis limate scripsi, benignam adhibere emendationis censuram; ut hinc vos non magis Dei sequestres, quam imitatores praestetis, nemus ejus in omnes illustrationem ac misericordiam habitu consecuti, sed qui etiam ex dignitatis munere præbeat: apud quem etiam supplex oro, ut meam pauperis atque mendici imbecillitatem precebus commendetis; quo nimurum a flamma cum visibili tum invisibili meorum delictorum causa cuncta vastante, protegar, ac semper in sanctissimam ejus ac orthodoxam fidem, sacræque virtutis rore conquiescam ac custodiar. Amen.

C

## SCHOLIUM.

**En tibi soluta est quæstio.** Dum ait magnus ille vir, procedens Deus una cum assumpta carne, unum et unum ex duobus contrariis; quod unum dixit, unionem personalem, non vero naturam, intellexit.

## ΣΧΟΛΙΟΝ.

Fr. "Id est soli τὸ ἄπορον λέλυται. Προελθὼν δὲ Θεὸς μετὰ τῆς προσλήψεως, ἐν καὶ ἐν ἐκ δύο τῶν ἐναντίων, εἰπὼν δέ μέγας, διὰ τὴν καθ' ὑπόστασιν ἔνωσιν· ἀλλ' οὐ φύσιν τὸ ἐν ἁξεδέξατο.

## AD CATHOLICOS PER SICILIAM CONSTITUTOS.

**Sanctis Patribus, præpositis atque monachis, nec non Catholicis populis, Christi amantem hanc Siciliæ insulam incolentibus, Maximus, humiliisque peccator, indignus servus.**

**Pax multa diligentibus legem tuam, ei non est D**

Τοῖς κατὰ τὴν δικαιῶν (ν) φιλοχριστοῖς νῆσον παροικοῦσιν ἀγίοις Πατράσιοι, ήτουμέροις τε καὶ μονάζοντει, καὶ δρυοδέξοις λαϊοῖς, Μάξιμος τακτινὸς καὶ ἀμαρτωλὸς. ἀράξιος δοῦλος.

Ἐπίσημη πολιτὴ τοῖς ἀγαπῶσι τὸν ρόμορ σου, καὶ

## NOTÆ.

(u) "Ir" ἐκ τούτον ὦν μεστρας Θεοῦ μᾶλλον. Addidi negantem particulam, quod necessario sensus exposcit. Quid enim sensus, quod absque illa habent Graeca, et reddit Turr. ut hinc vos magis sequestres Dei, quam imitatores praestetis. Imo certe contrarium. Significat enim episcopos promunere, et qua divinis dotibus eo sublimes fulgent, non tam ad Deum intercedere (quanquam et hoc eorum muneris est) quam ipsos quoque (quod pene divinius videatur) Dei imitatione divina praebere ac perficere; quippe gradu ipso τελεωτικού, sub summo hierarcha Christo, ea functione ejusque vicarios. Hoc enim est quod sequitur, Non solum

ejus in omnem illustrationem ac misericordiam habitu consecuti. ἀλλὰ καὶ ἀξια παρέχοντες. verum etiam pro dignitatis munere præbentes. Ubi Turr. ἀξια legit, sed digna etiam ei præbentes: male vero το. ei, quasi eos digna Deo præbere dicat Maximus, quod prorsus abhorret, vel si ἀξια deinus eum scripsisse. Præbent certe illi populis ἀξια, ut quisque dignus est accipere. Sed illud primum longe apliūs. Continere habitu, vel ea habitu nactos esse, privatorum potius est. Scripserit ei ipse Turr. eis, et si ita illi prelum erravit.

(v) Tūr δὲ τῷ Σικελῶν. Videtur pronomen

εὐ έστιν αὐτοῖς σκάνδαλοι, πρὸς τὸν θεὸν ἐφησεν οὐκέπαρων δαβίδ· γνωρίζων ἐντεῦθεν ἀπασι, καὶ διαγορεύων τοὺς σωτῆρας ἐξιεμένους, ἵνα τῇ τοῦ ἱερᾶς φύσει προσανέχοντες ὀρεκτοῦ θειοτάτη κατέπειραν ἀγάπην, ταῦτη περιχαρῶς τὸ τῆς εἰρήνης καὶ τὸ πρός ἔσωτος τε καὶ πάντας, εἰ δυνατὸν, ἀλύτως μετεπώκοσεν· ἀπαντάντων διὰ τὴς εὐσεβοῦς εἰς ἀλλήλους καὶ ἄκρας ἁμαρτωτής. Οὐ δὴ χάριν, καμὸν τῷ ἡμετέρῳ διεστοῦτο, δούλῳ, γραψῆ καταθέτεις προθύμως, διεπειπάτεις γλωττῇ συνεστησάμην, πρὸς τὴν τῶν ἀποστάτων ὅμιλον ἀσφάλειάν τε καὶ πληροφορίαν; Τίσαις δὲ ἐπέρων γεγενημένην ὅμιλον περὶ τῆς ἡμῶν πατρὸς τεούσας ὑποψίαν, διὰ τῆς ἀπολογίας ἀποκενευασθείνεις· Οὐδὲ γάρ ἀνέχομαι, καθά ψησιν δὲ Θεολόγος Γρηγόριος, πλήττεοθαί τινας ἐν ἡμοὶ τῶν τάντα τηρούντων ἐπιμελῶς τὰ ἡμέτερα, εἴ τε καὶ ἂς τοῖς ἔχοντας· καλὸν γάρ μήτε ἀμαρτάνοντα, μήτε ὑπονοούμενον, ἔως ἂν οἰόν τε ἦ, καὶ δὲ λόγος εἰργῇ<sup>1</sup>, τιθέναι πρόσκομμα τοῖς πολλοῖς ἢ σκάνδαλον εἰπεῖρ καὶ τοῖς ἵνα τῶν μικρῶν σκανδαλίσασι, οὐδὲν δπως ἀπαραίτητος καὶ βαρυτάτη παρὰ τοῦ ἀξελθοῦς ἢ τιμωρία.<sup>2</sup>

Γνωρίζω τοῖνυν τοῖς ἀγιωτάτοις ὅμιλον, ὡς οὐδαμός με πετρόνηται πώποτε, κατὰ τὴν τῶν ἐπηρεαζόντων εἰσῆγησιν ἢ τῶν ἀντιρρόπων καὶ ἐναντίων δογμάτων ὑπόληψίς (x). Οὐδὲ γάρ μίλια ἐν ταύτῃ τοῖς δύο, τουτέστι τρεῖς, κατ' αὐτοὺς, θελήσεις καὶ διεργίες ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ καὶ ἐνδεικτοῦ θεοῦ θεωροῦται, ἢ συνεγραψάμην τὸ σύνολον. Θαύμα τῷρες θάτερον ἀνατρέπεται, πῆξεν οὐδεμίαν

<sup>1</sup> Psal. cxviii, 165. <sup>2</sup> Orat. p. 2. <sup>3</sup> Matth. xviii, 6.

<sup>4</sup> Ed. Gregor. αἴρη.

#### NOTÆ.

Indicem scriptam epistolam in ipsa Sicilia insula, cum illud diverticulum sibi Monothelitarum quæsiceret, ut et unam et duas in Christo operationes poserent: quam conati sunt Maximo affingere, ac postea in eam illum trahere pro primi ejus exilii tempore, quando et ipsi Eugenii apocrisiarii in eam sortauit adem sunt inducti. Videtur itaque Maximus voluisse, ut banc Siculi ejus illibatae fidei certum pignus haberent, ac cunctis illius obtrectatoribus opponerent, in qua non perinde cavillari liberum esset, ac in eis quæ ore tenus ad eos locutus esset. Sicut enim insinuat in proœmio. Titulus quem representat Turr. Epistola sancti Macimi ad sanctos Patres præpostos et monachos, et populos catholicos insule Sicilia habitatores, contra eos qui in Christo operationem ponunt, ab Antiquario psalm adjectus est; quem ex aliis repræsento, ipse sit Maximo apposita ἐπιγραφή· magis proinde probanda; ut etiam quam repræsento ex Dusrenii Codice ad Quæst. in Scripturam.

(x) Τοῦ ἀντιρρόπων καὶ ἐρατεῖτων δογμάτων ταῦταγε. Sic Maximus novam Monothelitarum opinionem argute vocal, seu illorum damnatae jam heresis commentum et evasionem. Una itaque voluntate et operatioue, una cum Ecthesi, Joanni IV ac cunctis Occident. necnon Sophronio Hierosolymorum episcopo, reprobata, hoc novatoribus succurrerit, ut tanquam ἀντιρρόπον (æquivalens, par, equal) unam, duasque eas dicere: quod tamen

A illis scandalum<sup>1</sup>, ait ad Deum Deiparens David, inde cunctis salutis desiderio incensis declarans, ac vero denuntians, ut supremi natura appetibilis divinissimæ dilectioni, omni conatu animum attentes, per eam ingenti gaudio tum secum ipsi, tum cum omnibus, quoad ejus licet, pacis bonum indissolubili consertum nexu persequantur, quidquid in omnibus scandali est, pia aliorum in alios summaque animorum concordia auferentes. Quamobrem etiam mihi servo vestro in hoc enixe incubuit opera, ut quod prius lingua asserueram, id vero libens scripto consignarem, ad sanctitatis vestræ de mea fide securitatem, certamque ejus faciendam fidem, quidquid vobis de mea parvitate ex aliorum fraude suspicionis injectum erat, instituta defensione <sup>2</sup> amoliens. Neque enim ferre possum, quemadmodum ait Gregorius Theologus<sup>3</sup>, in me offendi aliquos, qui res nostras, tam recte, quam secus se habeant, sedulo explorant. Pulchrum enim est, nec peccando, nec laborando suspitione, quoad fieri possit ac ferat ratio, offendiculum aut scandalum vulgo ponere; quippe cum non ignoremus, quam certa, quamque atrox et acerba iis poena constituta sit, qui unum ex pusillis scandalizaverint<sup>4</sup>, ab eo, qui mentiri nescit.

*Nova Monothelitarum opinio unius ac duplicitis voluntatis et operationis.* — Notum itaque sanctissimis vobis facio ac denuntio, mihi nunquam (ut per calumniam adversarii affingunt) æquipollentium ac contrariorum dogmatum opinionem, in mentem venisse. Non enim unam simul, duasque, id est, tres, ut illi opinantur, voluntates atque operationes in uno eodemque confessus sum, aut prorsus

Maximus contrarium esse contendit; ac ejusmodi, ut alterum alterum evertat. Non recte itaque Turr. Nunquam me sensisse aut suspicatum esse de contrariis et repugnantibus dogmatibus, ut et infra, περὶ τῶν ἀντιρρόπων δύτων καὶ ἐναντίων δογμάτων<sup>5</sup> de contrariis dogmatibus: ac si ambae voces essent ejusdem prorsus significationis; quod longe est a vera Gramm. ἀντιρρόπον enim, ισόρροπον est Suid. Σον, ισόσταθμον, ισόζυγον Hesych. quod perinde lanceum trahit, ejusdemque ponderis est; a quo certe procul contrarii ratio est. Nec ii vero longe abesse a Monothelitarum illo genio videantur, qui nuper damnatarum Romæ propositionum acris defensores, ac cum suo antistite, parum Thomistarum scholæ faventes, atque errantium albo, primo ipso ordine ascribentes, nunc sibi in uno Thoma, velut ei semper militaverint, præsidium querunt: ac utinam vere querant, ac quidquid de gratia senserint, ad illius normam, hinc plane erroris ac notæ perpetuo securi, componant. Inepti enim, ni vere ἀστεροῦντας quis malit dicere, nec magis Angelico præceptorι quam ipsi Sedi apostolicae, inque ea nuper presidi presidenti Alexandro VII injuriæ sunt, qui vel sciolí vel procaces, vel invidi ac malevoli, obtinente ejus ipsius testimonio, damnatam sancti Thomæ ac Thomistarum in Jansenianam doctrinam deblanderant, aut etiam chartis illinunt atque evulgent.

scripsi. Alterum enim altero evertitur, nec ex naturalibus rationibus firmum aliquid habet, ut taceam id quod ita sentiunt, nullis veritatis testibus (nulla scilicet sanctorum Patrum auctoritate) suffici. Nam si una, quomodo etiam duæ? Sin autem duæ, quomodo etiam una? ac quænam hæc? quæve nuncupata? Quo cum etiam ex ejus ratione Verbum incarnatum ejusdem operationis, hoc est, ejusdem essentiæ ac naturæ est?

Si enim dicant, cum Patre, duplìcem inde divinam introducunt operationem; siquidem non idcirco tertiam illam, quam sinnerunt, statuunt operationem, ut ejusdem naturales operationes (divinam scilicet atque humanam) aboleant. Si enim non ut aboleant, ac quod sublatas velint, patet confiteri eas duas ejus leui divinas operationes, naturalem ac personalem. Si vero duas, plane distinctas: ex quo rursus sequitur eos plures deos sentire, quippe cum diversa atque distincta, non eadem natura intelligatur, divina in Patre Filioque operatio. Nec plures solummodo deos opinari, sed jam ne illum quidem, ut qui nulla Filiū divina præditum voluntate asserant; quippe cum naturam atque personam, cum utriusque proprietatibus misceant, idemque sentire noscantur cum Sabellio; sic nimurum Filium describentes, ut amborum ratione (tum scilicet naturæ, tum personæ) cum Patre communicet; quod ab Ecclesiæ catholicæ sensu alienum est; ut taceam fore et Patrem natura patibilem ac incarnatum, id est, factum hominem, pari illa cum Filio miraculorum passionumque operatione; siquidem **60** exceptis miraculis et passionibus, nihil aliud Filium operari aiunt, per illam sic ab eis, uti dicebam, confictam tertiam operationem; quam etiam, præter naturalem divinam, communem cum Patre unigenitum Verbum habere affirmant.

Quod si his in angustum compulsi, statuunt Filium hujus vi tertiae operationis, haud quidem cum aeterno Patre communicare, secus vero cum intermerata Matre; duas hic quoque creatas, id est, humanas, illi tribuunt operationes (naturalem rursus et personalem) utriusque nimurum ratione alienum eum a Deo et Patre statuentes, inque Arii dissectionem manibus pedibusque eentes, per Unigeniti ultraque operatione perfectam a Patre, eorum sententia, dissociationem. Quin nos quoque miraculo-

A ἔχον τὴν ἐκ λογισμῶν φυσικῶν πρὸς τὸ καὶ ἀμάρτυρον εἶναι τὸ τοιοῦτον δόγμα τοῖς δλῆθεις, ήγουν τοῖς ἄγιοις Πατράσιν. Εἰ γάρ μία, πῶς καὶ δύο· εἰ δὲ δύο, πῶς καὶ μία; καὶ τίς αὕτη; καὶ πῶς λεγομένη; καὶ τίνι κατ' αὐτὴν δμοεργής, εἴτουν δμούσιος, δ σαρκωθεὶς καθέστηκε Λόγος;

Verbum incarnatum ejusdem operationis, hoc est,

B Εἰ μὲν γάρ τῷ Πατρὶ φήσειαν <sup>44</sup>, διπλῆν ἐντεῦθεν εἰσάγουσι τὴν θείαν ἐνέργειαν· εἰπερ μὴ ἐπ' ἀναιρέσει τῶν δύο τοῦ αὐτοῦ κατὰ φύσιν ἐνέργειῶν, τῆς θείας λέγω καὶ τῆς ἀνθρωπίνης, διομολογοῦσι τὴν πλαττομένην αὐτοῖς τρίτην ἐνέργειαν. Εἰ γάρ μὴ ἐπ' ἀναιρέσει, δῆλον ὡς δύο τοῦ αὐτοῦ τὰς θείας ἐνέργειας πρεσβεύουσι· φυσικὴν καὶ ὑποστατικήν. Εἰ δὲ δύο, διαφόρους πάντας· κάντεῦθεν πολύθεον τὴν οἰκείαν ὑπόληψιν, ὡς ἐν ἐτερότητι καὶ οὐ ταυτότητι φυσικῇ γνωρίζομένης αὐτοῖς, τῆς ἐν Πατρὶ καὶ Γίγειας ἐνέργειας. Καὶ οὐ πολύθεον μόνον τὴν δόξαν· ἀλλ' ἡδη καὶ διθεόν· ὡς οὐδεμίαν θείακην ἐνέργειαν ἔχειν κατασκευάζοντες τὸν Γίδην, δ τε δῆ φύσιν καὶ ὑπόστασιν ἀλλήλοις συμφύροντες, μετὰ τῶν ἔκατέρας Ιωακώπατων· καὶ ταῦτα σὺν Σαβελλίῳ γνωρίζοντες, ὡς καθ' ἔκατέραν τῷ Πατρὶ κοινωνοῦντα, φύσιν τε λέγω καὶ ὑπόστασιν (y), τὸν Γίδην ὑπογράφοντες. διπέρ τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας ἐστὶν ἀλλέτριον· ἵνα μὴ λέγω, ὅτι καὶ φύσει παθητὸν τὸν Πατέρα καὶ σεστρικωμένον, εἴτουν ἐνανθρωπήσαντα, τῇ πρὸς τὸν Γίδην δμοεργίᾳ, τῶν τε θειμάτων δμοίως καὶ παθημάτων. Εἰ γε μὴ ἀλλο τε περὶ τὰ θαύματα καὶ τὰ πάθη φασιν ἐνέργειν τὸν Γίδην, κατὰ τὴν, ὡς εἰρηται, πλαττομένην αὐτοῖς τρίτην ἐνέργειαν· ἢ καὶ κοινωνεῖν, πρὸς τὴν κατὰ φύσιν θείᾳ, τῷ Πατρὶ τὸν μονογενῆ Λόγον ὑπαγορεύουσιν.

C Εἰ δὲ τούτοις στενοχωρούμενοι, μὴ τῷ ἀνάρχῳ μὲν Πατρὶ· τῇ δὲ ἀχράντῳ μητρὶ (z) κοινωνεῖν κατὰ ταύτην ὅριονται τὸν Γίδην τὴν τρίτην ἐνέργειαν, δύο κάνταῦθα παρέχουσιν αὐτῷ κτιστάς, ήγουν ἀνθρωπικὰς ἐνέργειας· φυσικὴν αὐθις καὶ ὑποστατικήν· ἀλλοτριοῦντες αὐτὸν θηλαδῆ, καθ' ἔκατέρων τοῦ θεοῦ καὶ Πατρός· καὶ τῇ Ἀρείου συνεχερόμενοι διατομῇ, κατὰ τὴν ἐν ἀμφοτέραις ἐνέργειαις τοῦ Μονογενοῦς πρὸς τὸν Πατέρα τελεῖαν κατ' αὐτοὺς ἀποκένωσιν. "Οπου γε καὶ τῆς θαυματουργούς,

<sup>44</sup> Fr. φήσειεν.

#### NOTÆ.

(y) Φύσιν τε λέγω καὶ ὑπόστασιν. Istud, quod D Ecclesia catholicæ, id est, cum eo communicare ratione utriusque, quod est personalem amborum oppositionem, ac proinde distinctionem, Sabelliano errore, tollere. Sic pronum in theologia, ex verbis incaute prolatis, in heresim incidere, aut certa hæreticam pro Catholicæ propositionem dare.

(z) Τῇ δὲ ἀχράντῳ Μητρὶ. Turr. quod est adversative, quasi conjunctive ponit, et cum Matre Virgine; quod forte error typorum est, pro, sed ut et quod paulo post sequitur, impugnando tertiam illam totius seu personæ operationem, διπέρ ἀδύνατον quod est possibile, pro impossibile. Postw. Jac. Gretseri edendo sodalis posthumum hoc opus, sedulior opera clucere.

ἄλλοι μόνον φύσει παθητούς ἀποφαίνουσιν· εἰ γάρ τις τῇ φρήνῃ καὶ αὐτεῖς, οἱ ὡς ἔκεινοις φύλον καλεῖν, τῇ τούτῳ δὲν, ταυτέστιν, τῇ τῆς ὑποστάσεως ἐνέργειᾳ, τὸ συγγενὲς πρὸς ἡμᾶς ἀποσώκειν φασὶ τὸν Ἰησοῦν· καθ' ἣν ἔκουσις, οὐ τὴν πείραν μόνον προσέλμενον τῶν παθημάτων, ἀλλὰ καὶ τὴν δύναμιν τῶν θευμάτων ἐπιδεικνύμενον, τοῦτον εἰκάσις ἐπιτίθεσθαι, διόπερ ἀδύνατον. Οὐ γάρ οἶδον τε τὴν εἰσῆν καὶ μίαν ἐνέργειαν, η̄ θελήσιν, η̄ φύσιν τὸ τίναν, θελαν τὸν ταύτῳ καὶ ἀνθρωπίνην ὑπάρχειν· η̄ ἀκτιστον, καὶ κτιστὸν· η̄ ἀναρχον, καὶ ἡργμάνην· η̄ σύνθετον, καὶ ἀσύνθετον· Ινα τῇ αὐτῇ καὶ μιᾷ τρὶς ἐκάτερον, τόν τε Πατέρα φημι καὶ τὴν Μητέρα, τὸ συγγενὲς ἀποσώζη φύσαι καὶ ἀπαράλλακτον εἰ Πάτερ, η̄ τὰ ἐκάτερα δρᾶτα κατὰ τὴν αὐτήν, τὰ τε τοῦτο λίγα φύσαι καὶ τὰ ἀνθρώπινα. Τούτο γάρ οὐδὲ διὰ τὰς τριηγιάδους πλάττοντες ἐννοήσαεν.

Εἰ δὲ ἀδύνατον, τὴν αὐτήν καὶ μίαν ἐνέργειαν, η̄ θελήσιν, η̄ φύσιν, θελαν τὸν ταύτῳ φύσαι τυγχάνειν τῷ ἀνθρωπίνῳ· η̄ κατὰ τὴν αὐτήν καὶ μίαν ἐκάτερον. Πατέρι φημι καὶ Μητέρι κοινωνεῖν, η̄ ἐκάτερα δρῦν, τὰ τε θελαν καὶ τὰ ἀνθρώπινα τὸν Υἱόν· προστίναις δὲ μᾶλλον, ὡς εἰρηται· τῇ μὲν θελῇ, τῷ θελαῖ, τῇ δὲ κατ' αὐτὸν ἀνθρωπίνῃ, τῷ ἀνθρώπινᾳ· μετὰ μίαν τῆς θετέρου κοινωνίας καὶ συμψίας, ἀλλ' εἰ δηργμάτων· Σπρα καὶ ἀνώνυμος ὡς ἀνύπαρκτος, η̄ φρήν κατ' ἔκεινος· ἐνέργεια, μηδὲν κυρουμένη θέτη τούτη, καὶ Πατέρι παντελῶς.

Καὶ τὸν δὲ παρέχομεν, φασὶν, εἰ μή τὴν μίαν διὰ τὴν ἀληθινὴν διδοῦμεν ἐνέργειαν; Εὖλος ἡγεμόνης, διὰ τοῦτο καὶ λέγουσιν, οἱ ταῦτα προφέται· Οὐδέποτε γάρ δύλο τι τὸ δὲν εἶναι παρὰ τὰ εἰς τοὺς μέρη, εἰς ὅν καὶ ἐν οἷς συνέστηκεν, θερμαῖς πάντας διφεύλειν, οὐκ εἴς ἀποδεῖξες, ἀλλ' ἐπαναπάντας, καὶ δύλο τι παρὰ τὸ κατὰ φύσιν τοῖς μίσθιοις εἰνυπάρχον, τῷ δὲν προσάπτεται ὡς δὲν πράγμα τοῦτο μέλει τούτης τοῦτης ἐνέργειαν. Δεῖξουσιν οὖν πρότερον, θερμαῖς παρὰ τὴν τῶν οἰκείων μερῶν ὑπάρξειν ἐξηποτὸν δὲν· καὶ εἰδίθεις αὐτῷ καὶ ἐτέραν, οὐ διη, παρὰ τὰς εἰς τούτην ἐνέργειαν διερχόμενας τοῖς μέρεσιν οὐδὲνεις; ἐνέργειας, προτονέμωσιν αὐθίς ἐνέργειαν. Εἰ δὲ μή ἐτέραν κατὰ φύσιν ὑπάρξειν, οὐδὲ ἐτέραν ἐγένετο· κατὰ φύσιν τούτην ἐνέργειαν τῷ δὲν παρὰ τὰς τοῦ περιφερόντος ἀπειδώσασιν. Ἐκάτερα γάρ κατὰ φύσιν εἰντοντος· Θελες γάρ φύσει καὶ ἀνθρωπος δὲν εἰς· τὰς ἐκάτερας· Ήδια φύσεως κατὰ φύσιν ἔχει· τὰς τοῦ θελήσιν φῆμι θελήσιν καὶ ἐνέργειαν, καὶ τὴν δηργμάτων θελήσιν καὶ ἐνέργειαν· ἀλλ' οὐχὶ μίαν δύλην, εἰς ἀντιρέσει τῶν δύο κατὰ φύσιν ἐνεργῶν· η̄ δύλην περὸς ταῖς δυοῖς κατὰ φύσιν· τουταῖς· τρεῖς ἐνέργειας τε καὶ θελήσεις.

Ἐκτέραν τοῖνυν, ὡσπερ οὐσίαν, οὐτε καὶ ἐκάτερα οὐτενόδη θελήσιν καὶ ἐνέργειαν, τῷ αὐτῷ

**Plutarchi.** — Via quidem eligenda planissima; vita **614** vero, a dolore ac mœstitiae sensu remotissima.

Thoraci tunicam, menti tristitiam superinduamus operæ pretium est.

**Socrat.** — Rogatus Socrates: Quid bonis molestum sit: Malorum, inquit, prosperitas.

Idem rogatus, qua quis ratione a tristitia immunis agat: Res, inquit, est impossibilis. Neque enim fieri potest ut quis in urbe, aut domi versetur, hominumque consuetudine utatur, et a tristitia immunis exsistat neque doleat.

**Leucippæ.** Πολ ονī oculorum propriū, ut in magnis malis lacrymas non effundant; in minoribus autem et quæ non prorsus excedant, copiose illis indulgeant.

**Charact.** — Haud raro namque excellens longaque præstans gaudium, in doloris sensum vertitur; et quæ modum nesciat voluptas, tristitiam una commitem trahit.

**Moschion.** — Cum iis quæ recreant pariter sequi consueverunt, quæ molesta sunt.

**Demonact.** — Tristitia velut onus quoddam D impositum haud invile ferenda atque gemitu.

**Charicleæ.** — Mortales sepultra exstruunt, et quæ ad funus et sepulturam pertinent præparant, quasi his sint usuri: quomodo autem mortis metu et dolore vacent, quorum usus futurus est, nihil tale præparant.

**Theopompi.** — Si quis pleraque bonorum adeptus, eorum compos effectus cum tristitia ægroque animo vitam agit, is, næ mortalium omnium miserabilissimus qui vel existunt aut futuri sunt?

de, ut videtur, quam ex Hebreis. Syriaca etiam: proinde non immerito servatum est, seu restitutum in postrema Latinorum Bibliorum recognitiōne.

*Ex Epictet., Isocrat. et Democrit. sententiis.* — **A** Si vis tristitiae expertem vitam agere, quæ eventura sunt sic existima, ac si jam accidissent.

Fac animi dolore vaces, non ut doloris ipso sensu careas, brutorum more; nec ut rationis experts, velut insipientes; sed tanquam virtutis cultor, qui videlicet pro doloris remedio rationem habeas.

Illi vir probus gratique animi est, qui non tristis agit, aut dolet ob ea quæ non habet, sed gaudet de iis quæ habet.

Qui ob calamitates tum minime animo dis-cruciantur, tum facto maxime resistunt, ii et civitalium et rudis vulgi præstantissimi habendi sunt.

*Epictet.* — Interrogatus Epictetus, quonam quis modo hosti dolorem incusserit: Si quis, inquit, ita se comparet, ut quam optime vitam instaurat.

Insipientes, tempus; sapientes autem ratio moxore liberat.

*Possidippi.* — Nemo est, homo cum sit, qui ab omni immunem dolore ac tristitia vitam **615** egredit; nec cui in finem usque fauste ac prospere cesserit.

*Euripid.* — In nullo vita inveniri potest ab omni dolore ac tristitia immunis.

### SERMO XXIX.

*De somno.*

*Math. xxvi, 40, 41; Marc. xiv, 37.* — Venit Jesus, et invenit discipulos suos dormientes; erant enim oculi eorum gravati, et dicit eis: Sic non potuistis una hora vigilare mecum? Vel Judam videite, quomodo non dormit. Vigilate ergo et orate.

*I Thess. v, 6.* — Igitur non dormiamus sicut et cæteri, sed vigilemus, et sobrii simus. Qui enim dormiunt, nocte dormiunt; et qui ebrii sunt, nocte ebrii sunt. Nos autem qui diei sumus, sobrii sumus.

*Prov. xxiii, 2.* — Induitur disrupta et lacera omnis somnolentus.

*Ecclesi. xlii, 9.* — Sollicitudo vigiliarum interpellabit dormitionem.

*Basilii.* — Gratias age, o homo, illi qui et invitatis per somnum continuam laboris fatigationem solvit, brevique captata requie ad potentia vigorem iterum reducit.

*Theologi.* — Vir somnolentus somniorum inventor est; somnus enim visa, non res docet.

*Chrysost.* — Somnus aliud nihil est quam temporanea mors, et quotidianus interitus.

<sup>66</sup> *Apud. Stob. 90.*

*'En tōr Ἐπικτήτου. Ἰσοκράτ., Δημοκρ.* — Εις βούλει ἀλυπον βίον ζῆν, τὰ μέλλοντα συμβαίνειν ως ἡδη συμβεβήκοτα λογίζου.

"Αλυπος ισθι, μή τὴν ἀπάθειαν, ως τὰ ἀλγά τῶν ζώων· μηδὲ τὴν ἀλογίαν, ως οἱ ἄφρονες· ἀλλ' ως ἁνέρετος, τὸν λόγον τῆς λύπης ἔχων παραμύθιον.

Εὔγνώμων δι μή λυπούμενος έν οἷς οὐκ ἔχει, ἀλλὰ χαίρων ἐφ' οἷς ἔχει.

"Οσοι τινὲς πρὸς τὰς συμφοιδὰς, γνώμῃ μὲν ἔχονται λυποῦνται, Ἐργῷ δὲ μάλιστα ἀντέχουσιν, οὗτοι καὶ τῶν πόλεων καὶ ιδιωτῶν κράτιστοι εἰσιν.

*'Επικτήτου.* — Ἐρωτηθεὶς πῶς ἂν τις τὸν ἔχθρὸν λυπήσῃ, ἔφη, Ἐαυτὸν παρασκευάζων βλέπεται πράττειν.

Τοὺς ἄφρονας δι γρόνος· τοὺς δὲ φρονίμους δι λόγος τῆς λύπης ἀπαλλάττει.

*Ποσσιδίπ.* — Οὐδεὶς ἀλυπος τὸν βίον διήγειν, δινθρωπος διν· οὐδὲ ἀλλι τοῦ τέλους ἔμεινεν εὐτυχῶν.

*Ἐύριπιδ.* — Οὐκ ἔστιν εὐρεῖν βίον ἀλυπον ἐνδέκειν.

### ΑΟΓΟΣ ΚΘ<sup>66</sup>.

*Περὶ ὑπνου.*

*Ματθ. κς'. Μαρ. ιδ'. Λουκ. κδ'.* — Ελθὼν δι Ιησοῦς, εὑρε τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ καθεύδοντας· ίσων γάρ οι ὄφθαλμοι αὐτῶν βεβαρημένοι, καὶ λέγει αὐτοῖς, Οὐτως οὐκ ισχύσατε μίαν ὥραν γρηγορῆσαι μετ' ἐμοῦ. Καν τὸν Ιούδαν θεάσασθε (ι) πῶς οὐ καθεύδει. Γρηγορεῖτε οὖν καὶ προσεύχεσθε.

*α' Θεσ. ε'*. — "Ἄρα οὖν μή καθεύδωμεν ώς καὶ οἱ λοιποὶ, ἀλλὰ γρηγορῶμεν καὶ νήφωμεν. Οἱ γάρ καθεύδοντες, νυκτὸς καθεύδουσι· καὶ οἱ μεθυσμένοι, νυκτὸς μεθύουσιν· τήμελες δὲ τήμερας θνετοί, νήφωμεν.

*Παροιμ. κγ'*. — Ἐνδύεται διερήγγημά καὶ φαντόη, πᾶς ὑπνώδης.

*Σιράχ λα'*. — Μέριμνα διγρυπνίας ἀπατήσεων νοσταγμόν.

*Βασιλείου.* — Εὐχαρίστει, δινθρωπε, τῷ ἀνωτάτῳ ἡμᾶς δι τοῦ ὑπνοῦ τῆς συνεχείας τῶν πάνων λίνων, καὶ ἐκ μικρᾶς ἀναπαύσεως, πάλιν πρὸς τὴν ἀκρίη τῆς δυνάμεως ἐπανάγοντες.

*Θεολόγου.* — Ἄντερ ὑπνώδης, εὐρετής διερέπων μύστης γάρ ὑπνος φασμάτων, οὐ πραγμάτων.

*Χρυσόστ.* — "Υπνος οὐδέν ἔστιν, η θάνατος εργατερς, καὶ ἐφήμερος τελευτῇ.

### ΝΟΤΑΞ.

(1) Καὶ τὸν Ιούδαν θεάσασθε. Πατερὶ, quæ desiderantur in codicibus evangelicis, usurpat Ecclesia Latina, feria 5, in Cœna Domini, ex secretiori forte aliqua Scriptura accepta, additque, et festinat me tradere Judæis. Maximus sic olim scri-

pta invenit, quod ita quasi Scripturæ verba produci: nisi Tractatorum aliquis enarrando lexum evangelicum adhibuit, quod postea quasi ex lexa habitum sit.

**Γρηγ. Νύσσης.** — "Ποσπερ ἐπὶ τῆς καθύγρου γῆς, ἀπειδάν θερμότερας ἀκτίσιν ἐπιλάμψαις ὁ ἥλιος, ἀποιόν τινες διμιχλώδεις ἀπὸ τοῦ βάθους ἀνέλκονται· δυοῖν τι γίνεται καὶ ἐν τῇ καθ' ἡμές γῇ, τῆς τροφῆς ὑπὸ τῆς φυσικῆς θερμότητος ἀνυζεούσης· ἀνωφερεῖς δὲ θύτες; οἱ ἄτυποι κατὰ φύσιν καὶ ἀερώδεις, καὶ πρὸς τὸ ὑπερχείμενον ἀναπνέοντες, ἐν τοῖς κατὰ τὴν κεφαλὴν γίνονται χώροις.

**Φιλ.ων.** — Εἰκότως μελέτην θανάτου· σκιὰν δὲ καὶ ὑπογραμμὸν τῆς αὐθις ἐσμένης ἀναβιώσεως, τὸν ὅπνον οἱ τάληθη πεφρονηκότες ἀπεφήγαντο· ἔκατέρων γάρ ἵναργεις φέρει τὰς εἰκόνας, καὶ μεθιστᾶν αὐτὸν ἐξ ὀλοκλήρου.

**Κλήμεντ.** — "Οσα περὶ ὅπνου λέγουσι, τὰ αὐτὰ χρή καὶ περὶ θανάτου ἔξακούειν. Ἐκάτερος γάρ δηλοὶ τὴν ἀποστασίαν τῆς ψυχῆς ὁ μὲν μᾶλλον, ὁ δὲ ἡττον.

Πᾶσι δὲ, ὡς ἐπος εἰπεῖν, διαμαχητέον ὑμῖν πρὸς τὸν ὅπνον, ὡς πλείστα χρόνον τοῦ ζῆν διὰ τὴν ἐγρήγορσιν μεταλαμβάνειν.

'Ο γάρ ὅπνος ὡσπερ τελώνης τὸν ἡμισυν ἤμιν ποὺς τοῦ βίου συνδιαιρεῖται χρόνον.

Πολλοῦ γε δεῖ μεθ' ἡμέραν καθεύδειν, τοῖς καὶ τῆς νυκτὸς τὸ πλείστον εἰς ἐγρήγορσιν ἀποτεμνομένοις.

**Ἀημοκρίτ.** — "Ἄγρυπνος ἐσσο κατὰ τὸν νοῦν· συγγενῆς γάρ τοῦ ἀληθινοῦ θανάτου ὁ περὶ τοῦτον ὅπνος.

Οἱ ἡμερήσιοι ὅπνοι σῶματος δχλητιν., ἢ ψυχῆς ἀδημοσύνην, ἢ ἀργήνη ἢ ἀπαιδευσίαν σημαίνουσιν.

**Φιλοστράτ.** — Οὐδὲν γάρ οἱ σώφρονες καὶ σπουδαῖοι νυστάζουσι, καὶν πορέρα τῶν νυκτῶν σπουδάζουσιν. Οὐ γάρ ἔξωθεν αὐτοὺς ὁ ὅπνος ὡσπερ δεσπότης, ὑδρίσις εἰς τὸν αὐχένα δεδουλωμένον ὑπὸ τοῦ οἴνου· δλλ' ἐλεύθεροι τε καὶ ὄρθοι φαίνονται. Καταδαρθέντες δὲ καθαρῷ τῇ ψυχῇ δέχονται τὸν ὅπνον, οὗτε ὑπὸ τῶν εὐπραγιῶν ἀνακουφιζόμενοι, οὗτε ὑπὸ κακοπραγίας τινὸς ἐκτρώσκοντες. Σύμμετρος γάρ πρὸς ἀμφα ταῦτα ψυχὴ νῆφουσα, καὶ οὐδετέρου τῶν παθῶν ηττων· ζθεν καὶ καθεύδει ἡδίστα καὶ ἀλυπτατα, μή ἔξισταμένη τοῦ ὅπνου.

### ΛΟΓΟΣ Α'<sup>πτ</sup>.

Περὶ μέθης.

**Λουκ. κα'**. — Προσέχετε ἑαυτοῖς, μήποτε βαρυνθῶσιν αἱ καρδίαι ὑμῶν ἐν κραιπάλῃ καὶ μέθῃ καὶ μερίμναις βιοτικαῖς· καὶ αἰφνιδίως ὑμῖν ἐπιστῇ ἡ ἡμέρα ἐκείνη.

**Ρωμ. ιγ'.** — "Ως ἐν ἡμέρᾳ εὐσχημόνως περιπατήσωμεν· μή κώμαις καὶ μέθαις, μή κοίταις καὶ ἀσελγείαις.

**Σολ. Σ'.** — 'Αγαθὸν πορευθῆναι εἰς ἀλκὸν πένθους, ἢ εἰς οἰκον πότου.

**Παροιμ. κγ'.** — Μή τσι οἰνοπότης· πᾶς γάρ μέθυσας πτωχεύει.

<sup>πτ</sup> In Gesn. Slobdro 88.

**A Greg. Nyss.** — Ut in bumente terra, calidioribus solis radiis illustrata ac sota, vapores quidam nebulosi ex imo excitantur; idem propemodum contingit in nostri corporis terra, dum naturali calore cibus effervescit: cumque vapores suapte natura sursum ferantur et aerii sint, expirantque in locum superiore, in capitis sede consistent.

**Philonis.** — Merito mortis meditationem, umbramque et formam futuræ rursus vitæ instauritionis, viri vera sapientes asserte tradiderunt: amorum enim clara fert simulacra ac de integro eumdem ex altero in alterum transfert.

**B Clementis.** — Omnia quæ de somno dicuntur; eadem et de morte dicta accipienda sunt; utrumque enim animi defectionem declarat: hæc magis, ille minus.

Totis viribus, ut summa dicam, cum **616** somno nobis digladiandum, ut per vigiliam, longiora vitæ spatia consequamur.

Somnus velut quidam publicanus, prope dimidium vitæ tempus nobis aufert.

Tantum abest ut interdiu dormiendum sit, ut et noctis partem maximam vigiliæ sit tribuendum.

**Democrit.** — Mente vigil esto; qui enim illi somnus obvenit, veræ mortis cognatus et affinis existit.

Diurni somni corpus gravant, aut animo tædium ac moestitudinem afferunt, aut otiosi segnissimæ animi indicio sunt, aut indisciplinati.

**Philostrati.** — Qui sapientes et sobrii sunt, studiosique ac strenui, nunquam dormitant, etiamsi studia sua in multam noctem producant. Non enim somnus tanquam dominus eos extrudit, cervicem vino subactam contumelias habens eamque tentans; sed liberi rectique conspiciuntur. Dormientes vero, pura mente somnum suscipiunt, ut neque secundis rebus levius efferantur, neque ullis adversis dejiciantur. In utrisque enim mens sobria moderatissimum tenet, neutroque se affectu vinci patitur. Itaque et suavissime et sine molestia, somno non intercepto, dormit.

### SERMO XXX.

**D De ebrietate.**

**Luc. xxi, 34.** — Attendite vobis, ne quando graventur corda vestra in crapula et ebrietate et curia hujus vitæ: et superveniat in vos repentina dies illa.

**Rom. xiii, 13.** — Sicut in die honeste ambulemus: non in comedationibus et ebrietatis, non in cubilibus et impudicitiis.

**Eccle. vii, 3.** — Bonum est ire in domum luctus, quam in domum convivii.

**Prov. xxiii, 20, 21.** — Noli esse vini bibax; omnis enim vino deditus mendicabit.

*Qui libenter in vini potationibus moratur, in mutationibus suis relinquet infamiam.*

*Ecclesi. xxxi, 41.* — In convivio vini ne arguas proximum, et non despicias cum in jucunditate illius.

*Basilii.* — Ut enim aqua adversatur igni, sic vini immoderatus potus rationem extinguicit.

Optimus vini potus modus est, corporis necessarius usus.

**617** Ebrietas Dominum non suscipit; Spiritum sanctum expellit. Nam sumus quidem apes fugat; crapula vero spiritalia dona eliminat.

*Theologi.* — Atque hi quidem ad hunc modum: nos autem in altis et sublimibus lectis, eximiisque, et quae pene tangere nefas sit, stragulis, splendidi splendide recumbemus. Et quidem illi præclare secum agi putabunt, si vel aqua expleantur; nos autem vini pocula usque ad ebrietatem hauriemus: imo etiam ultra temulentiam, quod saltem ad eos attinet qui majore intemperantia laborant; atque ex pluribus vinis alia rejiciemus; alia, ut suavia et grata, probabimus, de aliis etiam philosophabimur, atque detimento ducemus, nisi ad patrum, etiam exoticum quoddam vinum inter alia celebre velut tyrannus accesserit. Nos quippe lautos et delicatos, ac supra quam usus exigat, profusiones esse atque haberet decet; perinde atque vereamur ne non mali existimemur, ventrisque ac venereorum mancipia.

*Chrysost.* — Qui ebrietate et luxuria vitam ducunt, his in noctis tenebras dics vertitur: non velut sol extinguatur, sed quod eorum animus vini crapula obtenebrescat.

*Evagrii.* Vinum, corpus; Dei sermo animum roborat.

*Plutarchi.* — Mundi quidem igni et aquæ labes ac interitus est; luxuriosorum vero opes amoribus corrunt et temulentia.

*Diogenes.* — Cum illi in quodam convivio largius merum propinaretur, id effudit. Quod vero aliqui rem improbabant: Si ebibero, inquit, non solum vinum peribit, sed et me una secum perdet.

*Menandri.* — Injuria vinumque amicorum mores ac indolem amicis detegere solent.

*Multum meri parum sapere cogit.*  
Non quidem copia potus, si quis observet,  
Desipere facit, sed potantis ingenium.  
**D** Molestum est autem cum quis præ vino nimis loquitur,  
Nihil sciens, simulans vero scire.

*Pythag.* — Hic aiebat ebrietatem vesanis exercitamentum esse.

*Clestrat.* — Clestratus cuidam sibi dicenti: Non te pudet, qui ebrius sis, respondit: Nec vero te ipsum pudet, quod hominem ebrium corripis?

*Epictet.* — Cicades, canores sunt; cochleæ autem, mutæ; gaudientque, hæ quidem, **618** humido allabente; illæ vero, calido consovente. Cochleas ros excitat, qua infundente gurgitibus exirent; cicadas sol ardoribus provocat, per quos stridulum

A "Ος ἐστιν ἡδὺς ἐν οἷνον διατριβαῖς, ἐν τοῖς ἔπειται ὀχυρώμασι καταλείψει ἀτιμίαν.

*Sirak.* λα'. — Ἐν συμποσίῳ οἶνου μὴ Ἐλεγχει τὸν πλησίον, καὶ μὴ ἔξουδενώσῃς αὐτὸν ἐν εὔφροσύνῃ αὐτῷ.

*Bacch.* — Οὐτέπερ γάρ ὅδωρ πολέμιον ἐστι πυρί, οὗτος ἀμετρίᾳ οἴνου λογισμὸν κατασθέννυσι σώφρονα.

Mέτρον δριστὸν τῆς τοῦ οἴνου χρήσεως, ή χρέα τοῦ σώματος.

Mέθη. Κύριον οὐχ ὑπόδεχεται. Πνεῦμα διγιον ἀποδίκει. Καπνὸς μὲν γάρ φυγαδένει μελίσσας· χαρίσματα δὲ πνευματικὰ ἀποδιώκει χριστᾶλη.

*Θεολ.* — Καὶ οἱ μὲν πένητες, οὔτεως ἡμεῖς δὲ ἀνακεισόμεθα λαμπρὸν λαμπρῶς, ἐπὶ στιβάδος ὑψηλῆς τε καὶ μετεώρου, καὶ τῶν περιττῶν καὶ ἀμφαύστων ἐπιβλημάτων. Καὶ τοῖς μὲν πολὺς<sup>58</sup> κόρος καὶ ὄντας· ἡμῖν δὲ καὶ μέχρις μέθης οἱ τοῦ οἴνου χρητῆρες· μᾶλλον δὲ καὶ ὑπὲρ μέθην τοῖς ἀκολαστοτέροις· καὶ τὸν μὲν ἀποκεμφόμεθα τῶν οἰνῶν, τὸν δὲ ἐκκρινοῦμεν ὡς ἀνθοστίαν· περὶ δὲ τοῦ φιλοσοφήσομεν· ζητία δὲ, εἰ μὴ προσέσται τῷ ἐγχωρίῳ, καὶ τῶν ὀνομαζομένων ἔνων τις, ὥσπερ τύραννος. Δεῖ γάρ ἡμᾶς ἀδρούς καὶ τῆς χρείας περιττοτέρους εἶναι· ὥσπερ αἰσχυνομένους, εἰ μὴ κακοὶ νομιζόμεθα καὶ δοῦλοι γαστρός, καὶ τῶν ὑπὸ γαστέρα.

*Xρυσόστ.* — Τοῖς ἐν μέθῃ καὶ ἀκολασίᾳ βιούσιν, ἡ ἡμέρα πρὸς τὸ τῆς νυκτὸς μεταστρέφεται σχέτος: οὐ τοῦ τάλον σινεννυμένου, ἀλλὰ τῆς ἔκεινων. διανοτάς σκοτιζομένης τῇ μέθῃ.

*Εὐαγρίου.* — Πάνυνυσι μὲν οἶνος σῶμα· τὴν δὲ ψυχὴν λόγος Θεοῦ.

*Πλούταρχ.* — Φθιζέται μὲν κόσμος πυρὶ καὶ ὄνται· δὲ τῶν ἀκολάστων πλούτος, ἔρωτι καὶ μέθῃ.

*Διορέτ.* — Ἐν συμποσίῳ τινὶ, πολλοῦ αὐτῷ οἴνου διδομένου, τοῦτον ἔξεγεν· ἐπεὶ δὲ τινες αὐτὸν ἐμέμφοντο, Ἐάν γάρ αὐτὸν, Ἐφη, ἐκπίω, οὐ μόνον αὐτὸς ἀπόλλυται, ἀλλὰ κάμε προταπόλλυσιν.

*Μεγάρδο.* — Γέροις καὶ οἶνος ἀποκαλύπτειν εἰώθασιν φίλοις τὰ ἡδη τῶν φίλων.

'Ο πολὺς ἀκρατος, διλγ' ἀραινδεῖς φρονεῖσ. Οὐ γάρ τὸ πλῆθος, ἀτ σκοπῇ τις, τοῦ πάντος  
**D** Ποιεῖ πυρινεῖν, τοῦ πάντος δὲ τὸ φύσις. Χαλεπὸν δταν τις ὡν πίνη πλέον λαλῆ, Μηδὲν κατιδώρ, ἀλλὰ προποιούμενος.

*Πυθατ.* — Οὐτος Ἐλεγε, Τὴν μέθην, μανίας εἶναι μελέτην.

*Κλεστρατ.* — Κλεστρατὸς πρὸς τὸν εἰπόντα αὐτῷ, Οὐκ αἰσχνή μεθύων, Εφη, Σὺ δὲ οὐκ αἰσχύνη μεθύοντα νουθετῶν;

*Ἐπικτήγου.* — Οἱ τέττιγες μουσικοὶ· οἱ δὲ κοχλίαι, δρφωνοι· χαίρουσι δὲ, οἱ μὲν ὑγραινόμενοι· οἱ δὲ, ἀλεινῶμενοι. Ἐπειτα προκαλεῖται, τοὺς μὲν, τὴ δρόσος· καὶ ἐπὶ ταῦτη ἐκδύονται· τοὺς δὲ αὐτοὶ εγείρει ἀκμάζων δικλιος, καὶ ἐν αὐτῷ ἔδουσι. Τα-

VARIÆ LECTIONES.

<sup>58</sup> B. πολὺ τι.

γαρούν εἰ βούλει μουσικός καὶ εὐάρμοστος ὑπάρχειν ἀνήρ, ἥνικα μὲν ἐν τοῖς πότοις ὑπὸ τοῦ οἴνου δροσεῖη ἡ ψυχὴ, τότε αὐτὴν μὴ ἐξ προτούσαν μολύνεσθαι· ἀλλ᾽ ἥνικα ἐν τοῖς συνεδρίοις ὑπὸ τοῦ λόγου διαπυρωθῇ, τότε θεσπίζειν καὶ ἔδειν τὰ τῆς δικαιοσύνης κέλευς λόγια.

*Aἰσχίν.* — Κάτοπτρον εἶδους χαλκός ἐστ', οἶνος δὲ νοῦ.

*Ἀράχαρσις.* — Κιρναμένου χρατῆρος ἐφεστού, τὸν μὲν πρῶτον ὕγειας· τὸν δὲ δεύτερον, ἡδονῆς· τὸν δὲ τρίτον, ὅμρεως· τὸν δὲ τελευταῖον, μανίας.

*Πλάτων.* — Μεθύνων κυβερνήτης, καὶ πᾶς παντὸς ἄρχων, ἀνατρέπει πάντα, εἴτε πλοῖον, εἴτε ἄρμα, εἴτε στρατόπεδον, εἴτε δὲ τὸ ποτε εἴη τὸ κυβερνώμενον ὃπ' αὐτοῦ.

*Σοφοκλεῖος.* — Σοφοκλῆς ἐμέμφετο Αἰσχύλῳ, διὰ μεθύνων Ἑγραφε. Καὶ γάρ εἰ τὰ δύοντα ποιεῖ, φησίν, ἀλλ' οὐκ εἰδὼς γε.

*Ἐπικτήτης.* — Ἡ ἀμπελος τρεῖς βότρυας φέρει, τὸν μὲν πρῶτον ἡδονῆς· τὸν δεύτερον μέθης· τὸν τρίτον ὅμρεως.

Ἐν οἷνων μὴ πολυλόγει, ἐπιδεικνύμενος παιδείαν· χαλερά γάρ ἀποφθέγξῃ.

Μέθυσσος ἐστιν δὲ τριῶν πτωτῶν πλέον,  
Κδρὶ μὴ μεθύσῃ, ὑπερέβῃ τὸ μέτρον.

### ΑΟΓΟΣ ΛΑ'<sup>ο</sup>.

Περὶ παρθησίας καὶ τοῦ ἐλέγχου.

*Ιωάν.* ζ'. — Οὐδεὶς ἐν χρυπτῷ τί ποιεῖ, καὶ ζητεῖ C αὐτὸς ἐν παρθησίᾳ εἶναι (ι).

α' Ιω. γ'. — Ἐὰν ἡ καρδία ἡμῶν μὴ καταγινώσκει τὴν, παρθησίαν ἔχομεν πρὸς τὸν Θεόν· καὶ δὲ μὲν αἰτούμεν, λαμβάνομεν πάρ' αὐτοῦ, διὰ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ τηρῶμεν, καὶ τὰ ἀρεστὰ ἐνώπιον αὐτοῦ ποιῶμεν<sup>ο</sup>.

*Παρούσι.* ιζ'. — Τέλουσιν δίδωσι λόγοις, ἀργὴ δικαιωσύνης.

*Σιράχ* η'. — Μή ἐκκαίης ἀνθρακας ἀμαρτωλοὺς ἐλέγχων, μὴ ἐμπρησθῆς ἐν φλογὶ πυρὸς ἀμαρτιῶν αὐτῶν.

*Βασιλεῖον.* — Εοικεν δὲ μὲν Ελεγχος τέλος ἔχειν τὴν διόρθωσιν τοῦ ἀμαρτάνοντος· δὲ δὲ διειδισμὸς, ἐπὶ ἀσχημοσύνῃ τοῦ ἐπτακότος γίνεται.

Οἱ ἐφησυχάδων, καὶ μὴ ἐλέγχων τὴν ἀμαρτίαν τοῦ ἀδελφοῦ, διπλαγχνός ἐστιν, ὁπερὲ δὲ τὸν ίδιον ἐναφεῖς τῷ δηχθέντι ὑπὸ τοῦ Ισδόλου.

*Θεολόγοιν.* — Πολλῷ βέλτιον βραχέα λυπήσαντα μέγιστα ὡφελῆσαι, ή τὸ πρὸς ἡδονὴν διώκοντα ζημιῶσαι τῷ κεφαλαίῳ.

Μεῖζον γάρ ἀγαθὸν τὸ ἐλεγχθῆναι (υ), τοῦ ἐλέγξαι

### VARIÆ LECTIONES.

<sup>ο</sup> In Gesn. Stob. 67. <sup>ο</sup> Gesn. τηροῦμ. ποιοῦμ.

### NOTÆ.

(ι) Ζητεῖ αὐτὸς ἐτὶ παρθησίᾳ εἶται. Quod legerat Gesn. αὐτὸς, habetque Ballesd. αὐτὸν, probare non posui, nec ullos interpres agnoverisse deprehendi; emendavi ergo, quod sacer textus vulgatus habet, αὐτὸς, petitque tota series. τοῦ, ἐν παρθησίᾳ,

A melos cantilantes edunt. Ergo si musicæ canorue vir, omnique ex parte aptus esse velis, cum in conviviis animus vino, tanquam rore immaduerit, tum cave ulterius progressus polluatur: sed cum in conciliis ac concessibus ratione incaluerit, tum sancire jube, ac justitia placita et oracula canere.

*Æschin.* — Speculum formam referens, æs est; vinum, mentem explicans.

*Anacharsis.* — Ejus poculi quod honestatis causa domi temperatur, prium sanitatis, alterum voluptatis, tertium injuriae, postremum insaniæ haustum bibi.

*B* *Platonis.* — Ebrius gubernator, ac quisquis ullo modo præstet, omnia evertit, sive navim, sive currum, sive exercitum, sive quidquid tandem illius curæ regendum commissum fuerit.

*Sophoclis.* — Sophocles Æschylum reprehendebat, quod ebrius scriberet. Etsi enim, inquit, recta, at non prudentem, ac qui sciat eum facere.

*Epicleti.* — Vitis tres producit uvas: primam voluptatis; alteram ebrietatis; tertiam contumeliae.

Inter pocula noli verborum copiam fundere, eruditio ostentandæ causa; sicut enim ut bile loquaris.

*Ebriosus* est, qui plura tribus bibit pocula; Ac licet non fuerit inebriatus, modum tamen excessit.

### SERMO XXXI.

De libertate loquendi et reprehendendi.

*Joan.* vii, 4. — Nemo in occulto quid facit, et quærit ipse clarus esse.

I *Joan.* iii, 21. — Si cor nostrum non reprehendit nos, fiduciam habemus ad Deum: et quidquid perierimus, accipiemus ab eo, quoniam mandata ejus custodimus, et ea quæ sunt placita coram eo, facimus.

*Prov.* xvii, 14. — Potestatem dat sermonibus, principium justitiae.

*Ecclesi.* viii, 13. — Ne accendas carbones arguendo peccatores, ne incendaris flamma ignis peccatorum ipsorum.

*Basilii.* — Videtur reprehensio hoc spectare, ut is qui deliquit, emendetur; convictum vero, ut qui offendit, probro afficiatur.

**619** Qui tacet, nec peccatum fratris coarguit, immisericors est, haud secus ac qui in morsum a serpente venenum immittit.

*Theologi.* — Longe præstat, minori dolore ac molestia maximam utilitatem afferre, quam persequendo quod voluptate deliniat, ipsius capitalis jacturæ auctorem esse.

Melius existimo argui, quam arguere; quanto

clarum esse, fama celebrem, et qui omnium præconio celebretur, non prior vidit Beza, sed antiqui prævere interpres, et in illis qui Polyglot. existant.

(υ) *Μεῖζον* τὸ ἐλεγχθῆται. Sic bene Gesn. elsi

potius est te a malo liberari , quam ut alium li- **A** νομίζω· ὅσπερ μετέζόν ἐστιν , τὸ αὐτὸν ἀπαλλαγῆναι  
beres. κακοῦ , τοῦ δὲ λόγου ἀπαλλάξαι.

*Chrysost.* — Quovis modo libere loqui, vulgaris etiam hominis s̄epenumero sit; sic vero loqui ut officii ratio poscit, et convenienti tempore, et cum moderatione congrua et prudentia rem præstare, id vero magnum valde animum et admirandum requirit.

**Vita legibus instituta, loquendi libertatem facit.**

**Maxima libertas ac fiducia, existimare eam tibi  
desse; ut et contra pudor maximus, justificare  
scipsum apud Dominum: ac rei testes, Pharisaeus  
et publicanus locupletes sunt.**

*Phocionis.* — Cum aliquando Phocion Atheniensis, non ad gratiam, sed ad utilitatem Athenis concionaretur, eique Damades orator dixisset : Occidet te populus, Phocion, si insanierit : Te vero, inquit ille, si sanæ mentis exstiterit.

**Plutarchi.** — Nec e mundo sol tollendus, nec loquendi libertas ex hominum eliminanda congressu.

*Xenochar.* — *Xenocharis philosophus de obscuris quibusdam aliquando rogatus, cum nihil responderet, et is qui interrogaverat silentii causam quereret : De talibus, inquit, te rogare decet, me autem tacere.*

*Isocratis.*— Da libertatem loquendi viris prudentibus, ut de quibus ambigis, habeas qui tecum exquirant ac judicent.

*Democrit.* — Cum Democritus pro Atheniensibus apud Philippum legatione fungeretur, ac liberius loqueretur, ad eum Philippus : Nunquid times ne tibi caput jubeam amputari ? Ad quem ille : Nihil, inquam ; nam si caput abstuleris, patria ipsum mihi immortale reponet.

*Pythagoræ.* — Dicente quodam : Valde me perstringis suggillasque : Sane, inquit; nam splenics aspera prosunt atque austera et acerba, dulcia vero noxia sunt.

*Epicteti et Isocratis.* — Neque gladio obtuso, neque inordinata libertate loquendi utendum est.

*Ex Ariston.* — Quemadmodum mel exulcerata  
**620** mordet, iis autem quæ sunt ex natura, suave  
est: sic et philosophorum sermo ac doctrina.

Perinde facit, qui ex oratione libertatem tollit,  
ac si ex absinthio acrimoniam sublatam velit.

*Hermæ et Isidori.* — Reprehensio agnita, o regum maxime, eum qui sit reprehensus, ad eorum cupiditatem ducit, quorum antea ignorantia labrabat.

**Socrat.** — Libertatis loquendi, velut pomorum dulcior gratia congruo tempore existit.

## VARIÆ LECTIÖNES.

<sup>16</sup> Gesn. τοῦ τυγχόντος. <sup>17</sup> Gesn. ἡδίων.

Geschr. von W. Körber. Geschr. W. Körber.

## NOTEÆ.

contrario sensu reddat; velut etiam habet Ballesd.  
τοῦ ἐλέγχοντα τὸ ἐλέγξα, cui Maximi ratio pugnat,  
quæ nitor utili; quod scilicet is, qui reprehendit,  
inde melior fiat, eo quod emendetur, cum  
reprehendenti nihil lucri ejusmodi accedit.

(x) Ὡσπερ δπώρας. Εγα! ὥσπερ ώρις, nullo

prorsus sensu, quidquid Gesn. (sea Ribbittus) conatus reddere. Quid enim frugi quo reddit, *Libertatis*, ut cuiusque partium anni, in tempore grati jucundior. Ergo et saevissime bieunis, etc. Ut vero emendavi, de pomis et fructibus, quorum praecipue prouentus autumno, nihil clarius. Nempe ho-

**Εὐσεβίου.** — Ἐχθρὸς τὰ δληθῆ εἰπών, τοῦ προς-  
τοιουμένου φίλου πρὸς χάριν, ἐστὶ πάντας αἴρε-  
τωτερος<sup>οὐ</sup>.

ΛΟΓΟΣ ΛΒ'<sup>α</sup>.

Περὶ φιλοποιίας.

**Ιωάν.** ε'. — Ὁ Πατήρ μου ἔως ἅρτι ἐργάζεται,  
καὶ γῶντος.

**Πρᾶξ.** κ'. — Αὕτοι γινώσκετε, διτι ταῖς χρείαις  
μου καὶ τοῖς οὖσι μετ' ἐμοῦ, ὃ πηρέτησαν αἱ χεῖρες;  
αῦται. Πάντα ὑπέδειξα ὑμῖν, διτι οὖτα κοπιῶντας δεῖ  
ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν ἀσθενούντων.

**Σολομ.** γ'. — Ἀγαθῶν πόνων, καρπὸς εὐχελεής.

**Σιρ.** ρα'. — Ἐργάζεσθε τὸ ἐργον ἡμῶν πρὸ και-  
ροῦ, καὶ δώσετε τὸν μισθὸν ὑμῶν ἐν καρῷ αὐτοῦ.

**Βασιλ.** — Τὸ γάρ πόνῳ κτηθὲν περιχαρῶς ὅπ-  
εδεῖχθη, καὶ φιλοπόνως διεψυλάχθη. Ὡν μέντοι  
πρᾶξειρος δὲ πορισμὸς, τούτων ἡ κτῆσις εὐκατα-  
φρόνητος.

Τῇ τοῦ ἀγαθῶν εἰκόνοι; Τίς καθεύδων τρόπαιον  
ἔστησε; Τίς τρυφῶν καὶ καταυλούμενος τοῖς τῆς  
εὔζενείας στεφάνοις κατεκοσμήθη; Οὐδεὶς μὴ δρα-  
μῶν ἀνείλετο βραβεῖον. Πλογοὶ γεννῶσι δόξαν, κάμα-  
τοι προξενοῦσι στεφάνους.

**Θεολ.** — Γενναιότερον ἔχ τοῦ παθεῖν τὸ φιλό-  
σοφον, ὥστε περ ψυχρῷ σίδηρος, οὗτω τοῖς κινδύνοις  
στομούμενον.

**Χρυσόστ.** — Πανταχοῦ διὰ δισκολίας καὶ πόνων  
τοῖς ἀνθρώποις πέφυκε τὰ χρήσιμα παραγίνεσθαι.

**Φιλωνος.** — Οὐ μὲν τὸν πόνον φεύγων, φεύγει τὰ  
ἀγαθά· δὲ δὲ τλητικῶς καὶ ἀνδρείως ὑπομένων τὰ  
δυσκαρτέρητα, σπεύδει πρὸς μακαρίστητα.

**Ισοχρ.** — Γύμναζε σαυτὸν πόνοις ἔκουσιοις, ἵνα  
δόξῃς καὶ τοὺς ἀκουσίους ὑπομένειν.

## Καρκίν.

Οὐδεὶς ἐπαιροῖς ἥδοιται ἐκτῆστο·

Οὐδεὶς φάθνυμος εὐκλεής ἀγήρ·

'Αλλ' οἱ πόροι τίκτουσι τὴν εὐανθράπτα.

**Φιλίσκ.** — Οὐκ ἔστιν, ὡς μάταιε, σὺν φρεθυμίᾳ τὰ  
τῶν πονούντων μὴ πονήσαντας λαβεῖν.

**Εὐαγγρίου.** — Ατοπόν ἔστιν διώκοντα τὰς τιμὰς, D  
φεύγειν τοὺς πόνους, δι' ὧν αἱ τιμαὶ.

**Πλούτ.** — Οὐσεπερ δργανον δένεσιν καὶ ἐπίτασιν  
λαμδάνον ἦδη γίνεται, οὗτω καὶ βίος.

**Nicetou.** — Οὗτος οὗτα φιλόπονος ἦν, ὡστε πολλά-  
κις ἐρωτᾷν τοὺς οἰκέτας, εἰ λέλουται, η εἰ τηρίστηκεν.

**Ἀρχιμήδ.** — Ἀρχιμήδην τῇ σανίδῃ προσκείμενον  
ἀποσπῶντες βίᾳ οἱ θεράποντες, εἰλειφον· δὲ δὲ, καὶ  
ἐπὶ τοῦ σώματος ἀληλιμμένου διέγραψε τὰ σχήματα.

## VARIA LECTIONES.

<sup>α</sup> Βαλ. Σωκράτ. <sup>β</sup> In Gesn. Stob. 118.

rum cuiusque καιρὸς est et tempestas, per quam  
jucundior eorum gratia; quod ipsum de parabola,

**A Eusebii.** — Inimicus qui vera loquatur, pluris  
omnino faciendus, amico simulato loquente ad  
gratiam.

## SERMO XXXII.

*De laboris studio ac diligentia.*

**Ιωαν.** v. 17. — Pater meus usque modo operatur,  
et ego operor.

**Act.** xx, 34. — Ipsi scitis, quoniam ad ea, quae  
mihi opus erant, et his qui mecum sunt, ministra-  
verunt manus istae. Omnia ostendi vobis, quoniam  
sic laborantes oportet suscipere infirmos

**Sap.** iii, 15. — Bonorum laborum gloriosus est  
fructus.

**Ecclesi.** li, 38. — Operamini opus vestrum ante  
tempus, et dabit vobis mercedem vestram in tem-  
pore suo.

**Basilii.** — Quod enim labore partum est, majore  
lætitia accipitur diligentiusque servatur; quorum  
autem facilis est acquisitio, horum proclive con-  
temnatur possessio.

Quid in eis, quae de genere bonorum sunt, facile?  
Quis somno deditus tropæum erexit? Quis deliciis  
fractisque modulis atque tibiis, pietatis coronas  
consecutus est? Nemo nisi qui cucurrerit, palmam  
retulit. Labores gloriam pariunt; sudores strenui  
anxiique coronarum existunt pararii.

**Theologi.** — Ex malorum perpessione virtus ipsa  
generosior fortiorque redditur; quae, sicut ferrum  
frigida, sic periculis duretur

**Chrysost.** — Ubique per difficultates et labores,,  
bona hominibus obvenire solent.

**Philonis.** — Qui laborem fugit, is bona fugit; qui  
autem tolerante strenuoque mentis proposito quæ  
dura sunt sustinet, ad beatitudinem festine currit.

**Isochrist.** — Exerce te ipsum assumptis sponte la-  
boribus, ut et eos, qui invitis obveniunt, sustinere  
proberis.

## 621 Carcini.

*Nemo unquam laudem voluptatibus consecutus est.  
Nullus seignior vir magnifice clarus factus est.  
Sed labores fortis animi claritatem adducunt.*

**Philisci.** — Fieri non potest, stulte homo, ut  
cum segnitie, ipsi non laborantes, laborantium  
præmia consequamur.

**Evagrii.** — Absurdum est, ut qui honores conse-  
ctetur, labores fugiat, quibus honores parantur.

**Plutarchi.** — Quemadmodum organum alterna  
remissione ac intensione suave redditur, sic et  
vita.

**Nicias.** — Hic adeo labori deditus fuit, ut sæpe  
famulos rogaret, num lavisset, ac pransus esset.

**Archimedes.** — Archimedem tabulæ incumbe-  
tem, cum famuli per vim abstractum ungerent;  
ille in ipsa delibuta cute figuræ depingebat.

## NOTÆ.

arguto sermone et sententia, diversis ejus generis  
exemplis declarant ipsa divina eloquia.

*Demosth.* — Demosthenes a quodam rogatus, A quoniam modo oratoriā artem nactus esset: Plus, inquit, olei, quam vini insumendo.

*Ex Democr. et Isocrat. sententiis.* — Corpus quidem laboribus subige iisque exerce; animum vero ad serenda strenue fortiterque pericula adhibe.

Idem rogante quodam, qua re differunt viri laboribus strenui, ab iis qui segnes et desides vitam agerent: Qua, ait, pii ab impiis: quod scilicet bona spe freti sunt.

Idem conspecto juvēne laboribus strenuo, Pulcherrimum, inquit, senectuti condis obsonium.

*Democriti.* — Sponte assumpti labores, ut levius sustineamus qui externo agente atque invitis adhibentur, efficiunt.

### SERMO XXXIII.

*De jurejurando.*

*Matth. v. 34.* — Ego autem dico vobis non jurare omnino; neque per cœlum, quia thronus Dei est; neque per terram, quia scabellum est pedum ejus.

*Jac. v. 12.* — Ante omnia autem, fratres mei, nolite jurare, neque per cœlum, neque per terram, neque aliud quodcunque juramentum. Sit autem sermo vester: Est, est; Non, non.

*Sap. xiv. 30.* — Juraverunt injuste in dolo spreta sanctitate. Non enim eorum per quos jurantur virtus, sed peccantium poena ulciscitur **622** semper injustorum prævaricationem.

*Ecclesi. xxiii, 9, 12.* — Ut servus in quem continuo inquiritur, a labore non minuetur; sic qui jurat Deumque assidue nominat, a peccato non mundabitur.

Vir multum jurans implebitur iniquitate, et non discedet a domo illius plaga.

Qui jurejurando falsum astruit, pessimas inhumanitatis merces elucratur, quod reus perjurii sit.

*Basilii.* — Turpe est omnino ac dementiae plenum, accusare seipsum, ac si fidem non merearis, dictisque jurisjurandi firmitatem adjicere.

“*Al. Demosth.* “*In Gesn. Stob. 113.*

*Δημοσθ.* — Ἐρωτηθεὶς ὑπὸ τίνος, Πῶς τῆς ῥήτορικῆς περιεγένετο, Ἐφη, Πλέον ἔλαπον οἴνου δακανῆσας.

‘*Ἐκ τῶν Δημοκρίτ. καὶ Ἰσοκράτ.* — Γύμναζε τοις μὲν πόνοις, τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν γενναῖς ὑπομένειν τοὺς κινδύνους

‘Ο αὐτὸς ἐρωτηθεὶς ὑπὸ τίνος, τίνι οἱ φιλόπονοι τῶν ῥάβδυμάν διαφέρουσιν, εἶπεν, ὡς οἱ εὔσεβες τῶν δασεῶν (γ), ἐλπίσιν ἀγαθαῖς.

*Δημοκρίτ.* — Οἱ ἔκουσιοι πόνοι, τὴν τῶν ἀκουσίων ὑπομονὴν ἐλαφροτέραν παρατησάουσιν.

### AOGOS AL' ".

*Περὶ δρονοῦ.*

*Ματθ. ε'.* — Λέγω ὑμῖν μὴ δμάσαι δλῶς, μῆτε τῷ οὐρανῷ, ὅτι θρόνος ἐστι τοῦ Θεοῦ, μῆτε τῇ γῇ, ὅτι ὑποπόδιόν ἐστι τῶν ποδῶν αὐτοῦ.

‘*Ιακ. ε'.* — Πρὸ πάντων δὲ, ἀδελφοί μου, μὴ δμάτε· μῆτε τὸν οὐρανὸν μῆτε τὴν γῆν, μῆτε δὲ τὸ δρόνον · ἐστα δὲ ὑμῶν τὸ, Ναὶ, ναὶ, καὶ τὸ, Νο, εἰ.

*Σολομ. ιδ.* — Ἄδικως διαστατεῖται ἐν δόλῳ καταφρονήσαντες δοσιότητος (2). Οὐ γάρ ἡ τῶν διμνομάνων δύναμις, ἀλλ' ἡ τῶν ἀμαρτανόντων δίκη, ἐπεξέργασται δὲ τὴν τῶν ἀδίκων παράβασιν.

*Σιράχ κγ'.* — Ωσπερ οἰκέτης ἐξεταζόμενος τὸ δελεῖχως (a), ἀπὸ μώλωπος οὐκ ἐλαττωθήσεται· οὐτως δὲ διμνών καὶ διομάζων Θεὸν διαπαντὸς ἀνθρώπος, ἀπὸ ἀμαρτίας οὐ καθαρισθήσεται.

*Σιρ. κγ'.* — Ἄνηρ πολύορχος πλησθήσεται ἀνομίας, καὶ οὐκ ἀποστήσεται ἀπὸ τοῦ οἴκου αὐτοῦ μάστιξ.

Πιπτούμενος τὸ φεῦδος διὰ τῶν δρκῶν, κακὸν ἐμπόρευμα τῆς ἀπανθρωπίας τὴν ἐπιφορέαν προσκτέται.

*Βασιλ.* — Αἰσχρὸν γάρ παντελῶς καὶ ἀνήρον κατηγορεῖν, ὡς ἀναξίου πίστεως, καὶ τὴν τῶν δρκῶν ἀσφάλειαν ἐπιφέρεσθαι.

### NOTÆ.

(y) Ής οἱ εὐσεβεῖς τῶν ασεδῶν. Simile superiori erratum Gesn., sed gravius, quo strenui laboribus, impiis similes dicuntur; inertes, pii, quod et bona spe fulciantur, non industria et laboribus assidui, contra ac dicit auctor: *Eo modo quo pii ab impiis, spe nimur bona*; non ut Gesn. quo impii a pii, etc.

(z) *Kataσφρήσαντες τὴν συστρέτην.* Quasi spreta juramenti religione; id enim διαστέτη, quod Vulg. paulo remotius *justitiam reddit* securaque Nobili et Gesn. Illud etiam ἐπεξέρχεται, parum accommodate, *parambulat super injustorum prævaricationem*. Potius, quasi hostiliter insequitur, invadit, ulciscitur. Pessimum quod Gesn. διμνομένων, *jurantium reddit*, non magis *juratorum*, ut Vulg. vel clarius, *illorum per quos juratur*. Sensus est, etiam cum ficta numina, jurantur, ulcisci Deum, non propter ficta ipsa numina, et quod eorum violata religio, sed quod ipsum hoc scelus (abusus

scilicet juramenti injustitiae causa) Dei ira gravius provocet.

(a) *Ἐξεταζόμενος ἐνδιδασκάως. De quo contine habeatur quæstio.* Stat itaque in hoc simile, quod sicut servus qui sic austero hero ulitur, ut continue in illum inquirat, necesse est ut sapiens vapulet, livoremque ac vibices ferat; sic et qui seipius jurat, Deumque assidue nominat, ut perjurio, ejusque nominis irreverentia, peccet. Non bene igitur Gesn. *Servus semper vapulans*; apnd quem etiam mendosum, ἀπὸ μάστιξ: οὐκ εἰστιθήσεται, inauditusque quod reddit, a flagello non emendatur. Etsi enim vera sententia, subdivisa tamen, nec scriptori sacro intenta. Vox Θεὸν, *Deum*, ex istis in Vulg. et Sixti. supplenda. *Bibl. Χρυσοστόμου*. inscribit. An quod Maximus sic integrum sententiam ex Chrysostomo habuit; aut potius, quod sic Antiquarius lusit?

**Θεολ.** — Ό μὲν γάρ εὐορκῶν, τυχὸν ἀν ποτε καὶ παρασφαλεῖ· δὲ δὲ μὴ δμύνων, τὸν τῆς ἐπιορχίας κτίνουν διαπέφευγε.

Οὐδός φησιν, Οὐκ ἀπιορκήσῃς· αὐτὸν δὲ οὐδὲ δμῆτην ἀρχήν, οὐ μικρὸν οὐ μεῖζον· ὡς τοῦ ὄρκου τὴν ἐπιορχίαν τίκτοντος.

**Χρυσόστ.** — Οἱ συκοφάνται τὸ φεῦδος πιπράσκουσιν· ἀλλήλους φευδόμενοι τοὺς ὄρκους ἀνήλωσαν, εἰς τὸ δμύνειν, καὶ μόνον, τὸν Θεὸν ἐπιστάμενοι.

**Σωκράτης.** — Δεῖ γάρ τοὺς ἀγαθούς δινόρας, τρόπον ὄρκου πιστότερον φαίνεσθαι παρεχομένους.

Ὥρκον ἐπακτὸν προσδέχου διὰ δύο προφάσεις· η̄ σεαυτὸν αἰτίας ἀπολύων, η̄ φίλους ἐκ μεγάλων κινδύνων διατόξων.

Ἐνεκεν χρημάτων μηδαμῶς θεὸν διμέστης· μηδὲ ἀνεύορκεν μέλεις· δόξεις γάρ, τοῦτο, μὲν ἐπιορχεῖν, τοῦτο δὲ φιλογηρμάτως ἔχειν.

#### Ἄμφιδος.

Οὐστις γάρ δμυνορτὶ μηδέν πειθεται,  
Αὐτὸς ἐπιορκεῖν φάδιως ἐπισταται.

Οἱ πολλοὶ τοῖς ἀνθρώποις τὸ εὑόρκους εἶναι παραινοῦσιν· ἐγὼ δὲ καὶ τὴν ἀρχὴν μηδὲ εὐπετῶς δμῆναι δσιον ἀποφαίνομαι.

**Εὔσεβιον.** — Τρόπου καλοκαγαθίαν, ὄρκου δει πιστεύειν ἔχειν.

#### ΑΛΟΓΟΣ ΛΔ' ⑥7.

Περὶ κενοδοξίας·

Ιωαν. 8'. — Δέξαν παρ' ἀλλήλων λαμβάνοντες, τὴν δέξαν τὴν παρὰ μόνου θεοῦ οὐ ζητεῖτε.

**Γαλ. 5'.** — Μή γενώμεθα κενόδοξοι, ἀλλήλους προκελούμενοι, ἀλλήλους ⑩ φθονοῦντες.

**Παροιμ. 1β'.** — Κρείσσων ἀνήρ ἐν ἀτειμίᾳ δουλεύων ἔσαται, η̄ δ τιμὴν ἔσαται περιθετες καὶ προσδέμενος δρετού.

**Σιράχ α'.** — Μή ἔξυψου σεαυτὸν, ίνα μὴ πέσῃς, καὶ ἐπάγγεις τῇ ψυχῇ σου ἀτιμίαν.

**Σιράχ ε'.** — Μισητὴ ἐναντίον Κυρίου καὶ ἀνθρώπων ἡ κενοδοξία ⑩.

Κενόδοξοι εἰσιν οἱ πλουτίζοντες ἔστοις, μηδὲν ἔχοντες.

**Βασιλ.** — Κενόδοξος ἐστιν, δ ψιλῆς ἐνεκεν τῆς τὸν κόσμῳ δόξης ποιῶν τι η̄ λέγων.

Τῷ δντι θεραπευόμενα τὰ ὑπερήφανα ήθη, ἔκτιντων ὑπεροπτικάτερα πέφυκε γίνεσθαι.

Ομοίως γάρ ἐστι χαλεπὸν ἐν τε δυσχολίαις πραγμάτων ἀταπείνωτον τὴν ψυχὴν διασώσασθαι, καὶ ταῖς ὑπερηφανείαις μὴ ἐπαρθῆναι.

**Θεολ.** — Μέγα τοῖς ἀνθρώποις ἡ κενοδοξία πρὸς ἀρετὴν ἐμπόδιον.

#### VARIÆ LECTIONES.

⑥7 In Gesn. Stob. 163. ⑩ Gesn. ἀλλήλοις. ⑩ Bibl. ἡ ὑπερηφ superbia.

**Theologi.** — Qui vere ac sancte jurat, forte etiam quandoque erraverit; at, qui non jurat, omne perjuril periculum effugit.

Lex ait: Non perjurabis (Levit. xix, 12); tu autem: Neque omnino jurato, quidquid minoris majorisve juramenti est (Math. v, 33); quod nimirum juramentum perjurii parens ac auctor exsistit.

**Chrysost.** — Sycophantæ, mendacia vendunt; alii alias fallentes, juramenta insumunt; uno hoc Deum scientes, quod inter juramenta ejus meminerunt.

**Socrates.** — Bonos viros decet, eam exhibere morum probitatem, quæ jurejurando ad fidem firmior videatur.

Jusjurandum oblatum duplici ex causa suscipito; ut nempe te ipse a crimen absolvas, aut amicos a magnis periculis liberes.

Pecuniarum causa ne Deum juraveris, nec si verum juraturus sis; aliis enim perjurus, aliis avaritiæ morbo laborare videberis.

#### Amphidis.

Qui nihil fidei juranti tribuit,  
Ipse pejorare facile novit.

Plerique homines hortantur suadentque ut verum jurent; ego vero ne primum quidem facile jurare, sanctum religiosumque affirmo.

**Eusebii.** — Morum probitatem et innocentiam, habere decet jurisjurandi religione firmiorem.

#### SERMO XXXIV.

De inani gloria.

Joan. v, 44. — Qui gloriam ab invicem accipiatis, et gloriam, quæ a solo Deo est, nou quæritis.

**623 Galat. v, 26.** — Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, invicem provocantes, invicem invidentes.

Prov. xii, 9. — Melior est vir in vilitate serviens sibi, quam qui sibi honorem adhibens, indiget pane.

Eccli. i, 38. — Ne exaltes teipsuni, ne cadas, et inducas animæ tuæ in honorationem.

Eccli. x, 7. — Odibilis gloriæ Domino et hominibus inanis gloria.

Inanis gloriæ vitio laborant, qui se divites jactant, cum nihil habeant.

Basilii. — Inanis gloriæ cupidus ac vanus est, qui nudæ gloriæ saceruli causa, quidpiam facit aut dicit.

Plane superbi mores obsequio deliniti, seipsis arrogantiores fieri consuevere.

Perinde enim grave ac arduum est, tum rerum angustiis iisque afflictis non anime dejici, tum illis florentibus mundique superbia, non eo exaltari.

**Theologi.** — Inanis gloria grande mortalibus parandæ virtutis obstaculum ponit.

Quod videri velis, longe plurimam ejus partem A Τὸ οἰεσθαι, τοῦ εἶναι τὸ πλεῖστον ἀφαιρεῖται.

Proclivis est sui ipsius deceptio, et ut aliquid te esse existimes, cum nihil sis, inani inflatus gloria.

Turpe est, qui minorum compos exsistat, magnos animos assumere.

*Noli velle videri malis melior,  
Sed dole, quod sis bonis inferior.*

**Chrysost.** — Merito igitur ab antiquis dicta est inanis gloria; inanis enim est, quæ nihil intus habeat utile: sed, sicut larvæ splendide quidem, et dignæ quæ amori habeantur, exterius apparent, sed intus inanes sunt; quo sit, ut licet veris vultibus elegantiores sint, neminem tamen unquam in sui amorem induxerint. Tale quid etiam, quin ei miserabilius aliquid, vulgi gloria.

**Greg. Nyss.** — Divitiarum causa fastuosum esse, aut claris natalibus superbire, vel gloriam ambire, aut proximo clariorem velle (quibus rebus humani perficiuntur honores), cuncta hæc humani honoris eversionem ac dedecus continent.

**Philonis.** — In politicis ac republica si titulos pompamque abstuleris, præter inanem fastum, quod sani sensus sit nihil inveneris.

**Evagrii.** — Difficile est inanis gloriæ dæmonem vitare: quod enim feceris illius destruendæ causa, hoc tibi inanis gloriæ initium erit.

**624 Joan. Clim.** — Solem sur abominatur; superbus vero eos spernet, qui lenis sint ac modesti animi.

**Socrates.** — Utres vacuos ventus inflat atque distendit; stultos homines inanis sui opinio.

**Diogenes.** — Fastus tumor haud secus ac pastor, quo velit, vulgus hominum trahit.

**Alexander.** — Alexander longa conflictatus ægritudine, ubi convalluisset, nihil se pejus habere dixit. Admonuit enim nos morbus, non magnos sumere animos, qui mortales simus.

#### Philistion.

*Si pravum ac nequam hominem altum ferri videris,  
Divitiarumque splendore atque fortuna superbe glo-  
[rianem],  
Ac qui supercilium altius quam pro fortuna extu-  
[lerit]:  
Hujus tu mutationem ruinamque ocius exspecta.  
Altius enim tollitur, ut casu graviore ruat.*

**Menandri.** — O qui in seipsis altum tument atque sapient, ter omnes quaterque miseri. Non enim sciunt hominis naturam et indolem.

**Aristotel.** — Aristoteles, conspecto adolescente fastu nimio superbiente: Adolescens, inquit, ultimam qualis tu tibi videris ipse exsistat! qualis vero reipsa exsistis, inimici mei exsistant.

Idem conspecto juvete pretiosa sibi veste placent eaque gloriante: Non desinet, inquit, juvenis, de ovis tibi virtute placere?

#### VARIÆ LECTIONES.

<sup>70</sup> Gesn. μικρῶν. <sup>71</sup> Gesn. καθαιρούντα.

Ἐρέστον ἐαυτὸν ἀπατᾶν καὶ οἰεσθαι εἶναι τι, οὐδὲν δυτα, ὑπὸ τῆς κενῆς δέξιης φυσώμενον.

Αἰσχρὸν <sup>70</sup> μικρῶν κρατοῦντα, φυσάσθαι μέγα.

Μή φρόντει τῷ κακῷ φαίνεσθαι κρείττων. Λυπτοῦ δὲ τῷ ἀγαθῷ ήττώμερος.

**Xρυσόστ.** — Εἰκότως ἀρχ εἰρηται παρὰ τὸν πα-

λαιῶν κενοδοξία. Διάκενος γάρ ἔστιν, Ἐνδον οὐδὲν

ἔχουσά τι χρήσιμον · ἀλλ' ὁσπερ τὰ προσωπεῖα,

δοκεῖ μὲν εἶναι λαμπρὰ καὶ ἐπέραστα, κενὰ δὲ ἐνοθ-

έν τοις · διὸ καὶ τῶν σωματικῶν δύεων εὐπρεπ-

τερα δυτα, οὐδένα οὐδέποτε πρὸς τὸν ἔρωτα θεῖν

B Επειτε τὸν ἐαυτῶν · οὖτω, μᾶλλον δὲ ἀθλιωτέρον,

καὶ τὴ παρὰ τῶν πολλῶν δόξα.

**Γρηγ. Νύσ.** — Τὸ ἐπὶ πλούτῳ κομπάζειν, η γε-  
νέσει σεμνύνεσθαι, η πρὸς δόξαν ὅρην, η δοκεῖ  
ὑπὲρ τὸν πέλας εἶναι, διὸ ὡν αἱ ἀνθρώπιναι πληροῦ-  
ται τιμαὶ, ταῦτα πάντα καθαίρεσις τῆς ἀνθρωπίνης  
τιμῆς καὶ δυνειδος γίνεται.

**Φιλωτ.** — Τῶν πολιτικῶν ἐὰν τὰς ὄλας ἀφέῃς,  
κενὸν τύφον εὐρήσεις νοῦν οὐκ ἔχοντα.

**Εὐαγγρ.** — Χαλεπὸν διαφυγεῖν τὸν τῆς κενοδοξίας  
δαίμονα · δὲ γάρ ποιήσῃς καθαιρίσων αὐτὴν, τοῦτο  
ἀρχή σοι κενοδοξίας γενήσεται.

**Ιω. Κλίμ.** — Βοδελύττεται ήλιον κλέπτης · ὑπερ-  
τιφανος δὲ, προφεις ἔξουδενώσει.

**C Σωκράτ.** — Τοὺς μὲν κενοὺς δισκοὺς, τὸ πνεῦμα  
διστησι · τοὺς δὲ ἀνοήτους ἀνθρώπους τὸ οἷμα.

**Διογένης.** — Ο τύφος ὁσπερ ποιμήν, οὐδὲ τοὺς πολλοὺς ἄγει.

**Αλεξανδρός.** — Αλέξανδρος νοσήσας μακρὰν νό-  
σον, ὡς ἀνέρθωτεν, οὐδὲν, ἔφη, διατιθέναι γερόν·  
θόπεμνης γάρ ήμας η νόσος, μὴ μέγα φρονεῖν θη-  
τοὺς δυτας.

#### Φιλιστιωτ.

*'Εὰν ίδης πονηρὸς εἰς ὑψος αἰρόμενος,  
Λαμπρῷ τε πλούτῳ καὶ τύχῃ ταυρούμενος,*

*'Ορφοῦ τε μείζω τῆς τύχης καθηρόχετα".*

D **Τούτου τάχιοι μεταβολὴν προσδόκα.**  
**Ἐπιλέγεται γάρ μεῖζον, ἵρα καὶ μεῖζον κέρον.**

**Μεράρδον.** — Ο τρισάθλιοι ἀπαντεις οι φυσῶν-  
τες ἐφ' ἐαυτοὺς μεγάλα · αὐτοὶ γάρ οὐκ ισασιν ἀν-  
θρώπου φύσιν.

**Ἀριστοτ.** — Αριστοτέλης θεασάμενος νεανίσκον  
κατωφρωμένον, Νεανίσκε, Εφη, οἰος μὲν δοκεῖ αὐ-  
τὸς εἶναι, ἐγὼ γενοίμην · οἰος δὲ τῇ ἀληθείᾳ ὑπάρ-  
χεις, τοιοῦτοι μου οἱ ἔχθροι γένοιντο.

**Ο** αὐτὸς κατανοήσας μειράκιον ἐπὶ πολυελέῖ  
τῆς χλαμύδος σεμνυνόμενον, Οὐ παύση, Εφη, μειρά-  
κιον, ἐπὶ προβάτου σεμνυνόμενος ἀρετῇ.

*Ηρακλείτος ὁ φυσικὸς, οἵσιν Ἐλεγεν.*

ἀγκοπήν προκοπῆς.

### ΛΟΓΟΣ ΛΕ' 11.

*Περὶ ἀληθείας καὶ ψεύδους.*

*Ιωάν. γ'. — Οἱ ποιῶν τὴν ἀλήθειαν, ἔρχεται πρὸς τὸ φῶς, ἵνα φανερώθῃ τὰ ἔργα αὐτοῦ, ὅτι ἐν θεῷ εἰσιν εἰργασμένα.*

*Ἐφ. δ'. — Ἀποθέμενοι ψεῦδος, λαλεῖτε ἀλήθειαν ἕκαστος μετὰ τοῦ πλησίου αὐτοῦ, ὅτι ἐσμὲν ἀλλήλων μέλη.*

*Παροιμ. θ'. — Οὓς ἔρειδεται ἐπὶ ψεύδεσιν (b), οὗτος ποιμανεῖ ἀνέμους· ὁ δ' αὐτὸς διώξεται δρυες πτερωτά.*

*Σιρ. κζ'. — Πετεινὰ πρός τὰ δομοια αὐτοῖς καταλύει. Καὶ ἀληθεία εἰς τοὺς ἔργαζομένους αὐτὴν ἐπανήξει.*

*Σιράχ. λδ'. — Ἀπὸ ἀκαθάρτου, τὸ καθαρόθεσται; καὶ ἀπὸ ψεύδους, τὶ ἀληθεύεται;*

*Βασιλείου. — Οὔτε ἐν δικαστηρίοις, οὔτε ἐν ταῖς ἀλλαῖς πράξειν, ἐπιτήδειον τὸ ψεῦδος, τοῖς τὴν ὄρθην ὁδὸν καὶ ἀληθῆ προελομένοις τοῦ βίου.*

*Τοῦ Θεολόγου. — "Τὸ μὲν ἀληθὲς ἐν, τὸ δὲ ψεῦδος, πολυσχιδές.*

*Χρυσόστ. — Οὐδεμιᾶς δεῖται βοηθείας ἡ τῆς ἀληθείας ἰσχύς· ἀλλὰ καν μυρίους ἔχῃ τοὺς σθενώντας αὐτὴν, οὐ μόνον οὐκ ἀφανίζεται, ἀλλὰ καὶ*

*Heraclitus. — Heraclitus, naturalis philosophus, inanem fastum suique opinionem aiebat profectus excisionem esse.*

### SERMO XXXV.

*De veritate et mendacio.*

*Ιωαν. iii, 21. — Omnis qui facit veritatem, venit ad Iucem, ut manifestentur opera ejus quia in Deo facta sunt.*

*Ἐφεσ. iv, 25. — Deponentes mendacium, loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo; quoniam sumus invicem membra.*

*Προβ. ix, 12. — Qui nititur mendaciis, hic pascet ventos; idem vero persequetur aves pennas habentes.*

*Βασιλείου. — Volatilia ad similia sui divertunt; et veritas ad eos, qui illam operantur, revertetur.*

*Ἐκκλ. xxvii, 10. — Ab immundo quis mundabitur? et a mendace, quid veri dicetur?*

*625 Basilii. — Nec in judiciis, nec in ullis aliis actionibus commodum mendacium est, iisque idoneum, qui rectam veramque vitæ viam inire statuerunt.*

*Theologi. — Verum quidem unum est; mendacium autem multiplex.*

*Chrysost. — Nullo eget mendacio veritatis vis. Quin vel si infiniti extinguere moliantur, non modo non evanescit, verum etiam per eos qui*

### VARIÆ LECTIONES.

<sup>12</sup> Et Αἰσθατοῦ in Melissa.

### NOTÆ.

(b) Ὡς ἔρειδεται ἐκτὸς ψεύδεσιν. Versus hic in Vulgatis Græcis omnibus desideratur, ut et in Hebraic. Syriac. et Targum: solumque agnoscunt vulgata Latina, totidem verbis, ac hic retulit Maximus; ex quibus emendo, quod Gesn. sequentibus editum erat, οὐδὲ αὐτὸς, οὐδὲ αὐτὸς, Et idem aevus pennigeras persequetur: quod proverbii loco est de frustaneo conatu. Alio spectat illud Prov. 1, 17: *Frustra jacit rete ante oculos pennatorum; quod Græci sic efflent; citantque Patres, οὐ γάρ ἀδίκως ἔχετεται δύκτια πτερωτοῖς.* Lucif. et Sixt. Non enim inuste retia tenduntur avibus. Forte melius, *Num enim, interrogate, quod et ita scripserint oī LXX, propius Hebraicis, Hellenismo non satis animadverso, etiam Græce eruditis, quod eos deficeret notitia linguae Hebraicæ. Legerint certe, quod habent omnia Biblia, Ματθαῖον non cuius nullum usquam in eis exstat vestigium, Ματθαῖον.* Certe non frustra, ultra, gratis, nulloque emolumento eis injici tendique retia, longe exploratissimum est: unaque hæc mea domi dum puer agerem ineunte autumno, usque maturis, venatio, et aequalium, gentis indole locisque opportunitate frequentissimum, ut expanso eduplici queru (seu alia proceriore arbore) eam in rem confecto reti, et vinea ad nemora crepusculo fere devolantes turdos aliasque ejusmodi aves, animi gratia indulgesque consuetudini, nec aliter quam volantes, et inter volandum, illo in eas injecto, mihi caperem: ac si hoc ipsum aucupii genus voluit hic indicare Sapient, ut est Palæstina et ipsa clivis et collibus mire vitifera, cui non desint opposita ac aquiloni obversa nemora et silvæ, ubi volucres ipsæ uvis pingue scentes penèque ebriæ, ament cubare: qui fere situs, ejus, quo natus sum et educatus, in Nitio-burgum fluvibus ad Garumnam fluvium, municipi,

Cagrique illius, quo nihil tota late Gallia et Aquitania aut fertilius aut amoenius, Marmandam vocant, jam Albigensium tempore Vallisarnano *castrum nobilissimum*: addam ego, sidei catholicæ avitæque pietatis, per superioris ævi grassationem Calvinianorum invictum propagaculum arcemque, ut vix una alterave sectariorum familia, cum toti fere provinciæ dominarentur, in eo sedes invenire potuerit: eorum vim omnem astusque, civium propensissima voluntate, deluserit; nec aliter quam jam Galliæ regem ipsumque catholicum Henricum IV, admirerit; Ludovicum XIII, subigendis vicinis oppidis Calviniano spiritu rebellibus, viris, annona, tormentis, mire adjuverit; nuncque regnanti Ludovicō XIV, subigenda ipsa metropoli, et ad officium cogenda, per superiores tumultus, pene ὀρμητήριον fuerit, amplissimumque commeatum sufficerit; ut qua in Deum, ea in regem sive, (dum præsertim ipse re magis, dum nomine, Christianissimus, Christianæ rei totus studet) spectabili sit. Hæc mihi obiter grati animi patriæ monumento, etsi tot annos Christi amor religiosaque institutionis palæstra, me illa extorrem fecit, ejusque deinceps visundæ spem abstulit; extincta præsertim sæculo familia, mihiisque pridem cœlo præeunter, nullis nuptiarum in liberis, copulis, iisque Christi causa fere repudiatis, dum eorum unus et alter generoso conatu celsa perfectionis petendo, bonus Christi odor, sanctitatis late fragrantiam sparserunt; et quod scripti librisque superiorum jussu, alii Galliæ cleri invitatione, meoque ipsius nutu ac propensione, si quid utilis opere in rem Christianam et litterariam conferre possim, occupato, jam pene senculo Lutetiae Parisiorum brevi immorierendum sit.

Iabesfactare conantur, illustrior celsiorque evaserit; illis, qui se frustra torqueant, risu jure exceptis.

*Evagrii.* — Veritatem silentio premere, aurum est humo defodere.

*Isidori Pelusiota.* — Quod primum mendacium auditur, majorem in aurem fidem habet, quam veritas, quæ postea ac secuto sermone monstratur.

*Severiani.* — Mendacium, dum sibi fidem quærit, non aliter invenit, quam apparentis veritatis fundamentum fixerit.

*Thales.* — Thales Milesius percontante quodam, quantum a vero falsum abesset: Quantum, inquit, oculi ab auribus.

*Plutarchi.* — Aequale quidem libra; veritas autem, philosophica ratione judicatur.

Grave est a via ac a veritate errare.

*Charicleæ.* — Honestum bonumque quandoque mendacium est, tunc nimirum cum illis commodum, qui loquuntur, nullum auditoribus assert detrimentum (*b*).

*Gerini.* — Quemadmodum debilis hebesque oculus solis lumen intueri non potest, sic (ac potiori longe ratione) nec mens infirma obtusiorque verum cernere valet.

*Ex Epict. et Isocrat.* — Nihil præ veritate majori in pretio habendum; nec amicitiae delectus immunis ab affectibus est, quibus justitia confunditur ac contenebratur.

*Aesop.* — Aesopus rogatus quid mentientibus lucri accederet. Ut nec, si verum dicant, inquit, illis fides habeatur.

*Plato.* — Plato veritatem rem auditu jucundissimam aiebat; Polemon autem dicere veritatem, quam audire, multo jucundius esse asserebat.

*Menandri.* — Præstat mendacium, quam verum malum eligere.

### SERMO XXXVI.

#### *De morte.*

*Joan. xi, 25.* — Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet: et omnis qui vivit, et credit in me, non morietur in æternum.

**626** *I Thess. iv, 12.* — Nolo vos ignorare, fratres, de dormientibus, ut non dolatis, sicut et cæteri qui spem non habent.

*Sap. iv, 13.* — Consummatus in brevi, explevit

<sup>13</sup> In Gesn. Stob. 261.

### NOTÆ.

(*b*) Non probat Ecclesia.

(c) *Tοῦ ἀκούειν τὸ λέγειν.* Sic emend. quod Ball. pariter habet, τοῦ λέγειν secus ac putavit Gesn. τὸ ἀκούειν τοῦ λέγειν, tanquam hoc reponat Polemon Platoni, *Vera audire, quam loqui jucundius;* non contra, *vera loqui, quam audire jucundius.* Hoc certe, non illud petit ejus argula responsio. Dicente enim illo veritatem esse auditu jucundissimam, reponit, ac si dicat: Imo certe dictu, quam auditu jucundior; qua ipsa sententia viro gratificatur, nec proclive loquatur discipulus magistro, post quem quartus academiam rexit; ut nonnisi valde juvenis aliter potuerit Platonem audire, si tamen

vere audivit, et non Xenocratem, cui proxime in illa successit.

(d) *Τελεωθεὶς ἐρ διλγω, ἀπληρωσε.* Ita distinguuit Ball. alii fere non distinguunt, potestque τὸ τὸ διλγω, perinde utriusque jungi, seu etiam in utroque intelligi. Brevi itaque consummatus, brevi longos annos complevit; meritis scilicet ac virtutibus longe provectionis, et quasi in illis conseruisset. Argent. et Basileens. sequentibus addunt rocem κακῶν· ἀρστῇ γάρ κακῶν ἡ φυχὴ αὐτοῦ, obscuro sensu, nisi malis prona ac infirma, seu obnoxia anima vitaque intelligatur; quæ sit ratio, cur Deus festinaverit de seculo rapere, secundum or-

δι' αὐτῶν τῶν ἐπιχειρούντων, φαιδρότερα καὶ ὑψηλοτέρα ἂν εἴη, τῶν εἰκῆ κοπτόντων ἔσυτούς καταγεῖσα.

*Eὐαγρίου.* — Τὸ σιγὴν τὴν ἀλήθειαν, χρυσὸν ἐστι θάπτειν.

B veris, aestatis, autumni, hiemis vicissitudinem et annum dividitur atque consociatur; itemque annus in horam et diem et hebdomadam et mensem et vicissitudinem, dum continua et nullis discreta intervallis per eum manet motio, circa quam quæ per immutationem spectantur discrimina, continuam nullisque intervallis disjunctam temporis motionem numeris distinguunt. Quod si in hunc modum apud nos secundum solis cursum sit annus, annus nempe Domini acceptabilis omnino est γ, ut scriptum legitur secundum allegoriam modum universa seculorum extensio ac series, a cuius principio Deo placuit essentia ornare ea quæ erant, et exstantiam dare eis quæ non erant, et per providentiam, tanquam intellectualis aliqui sol virtutis ad perservandum universitatem continentis, cum condescensione radium immittere sustinens, quo variaret modos ad maturanda ea bona quæ rebus existentibus propria insevit usque dum omnia sæcula consummata fuerint, quo tempore proprii seminis fructus colliget a loliis discretos, omnique paleari gluma atque congerie puros, dumque universa eorum quæ moventur motionis ratio fuerit terminata, et ii qui meruerunt deificationis summam quæ predicata erat beatitudinem percipiunt. «Sol» igitur *justitia* Dominus appellatur, ut factor et consummator sæculorum, et ut principium rerum universarum ac finis, quintuplicem secundum Providentiam boni ac sapientis in rebus quibus provisum C est ordinis constitutor et artifex, et ut alterna luce universa replens plenis bonitatis missilibus, et eos qui beati ejus radii recipiendi gratia intellectuales canales suos amplient maturos et esculentos Deo et Patri reddens. Idem vero et annus Domini acceptabilis est, ut per omnes quiservantur consummatus secundum quintuplam quæ intellectualiter sit ab eo, tanquam *justitia* Sole, motionem, quam noverit plane quicunque per diligentem ratione rerum quæ visui nostro objecte sunt naturalem contemplationem collegerit spiritualem eorum quæ noscuntur scientiam. Illicet vero *progredivi*, vel ad partem eam quæ oculis cernitur circumscriptus et definitus, a magistro appellatus est, vel ut lux de luce, et Deus verus de Deo essentialiter vero D Patre generationis via progredivi, vel ut homo idem qui in nobis videtur naturæ specie circum-

*Ex eodem sermone in illud: Illud minime mirandum, quod maxime per singulas domos ovis requiritur.*

Dicat vero aliquis fortasse, nec sine ratione, ut mihi videtur: Si quidem unus est Christus, per legem et prophetas, perque conditionis magnifice-

tiem eis qui spiritualiter audire atque videre cu-  
piunt mystice prædicatus, quomodo typum Christi  
absolvit lex et multas per domos familiarum sacri-  
ficiori jubet? Cui respondemus quod, si modo ipsum  
nos caperemus sermonem, intellectualiter in auribus  
atque oculis animæ inhærentem et experientem  
hæc ad receptionem atque contemplationem  
mysteriorum suorum, simul ad ultionem omnis in-  
obedientia et aversionem omnis vanitatis, agnosce-  
remus omnino mysticam sacrae Scripturæ voluntatem,  
cum hoc præsenti loco jungentes simile quod-  
dam de sancti Apostoli ore, illud: *Non enim iudicauis me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum, et hunc crucifixum.*<sup>2</sup> Quemadmodum revera unusquisque eorum qui Christo crediderunt pro facultate sua et virtutis qua ianititur habitu atque qualitate crucifigitur et crucifigit secum Christum, si cum Christo spiritualiter quidem crucifigitur. Alius enim alio virtutis modo crucifixionem adaptat sibi atque conciliat: hic quidem solo activo peccato crucifixus, atque mortificans id Dei timori affixum; ille ipsis etiam passionibus crucifixus, facultatesque animæ persanans; tertius etiam ipsis passionum vanitatibus crucifixus, non valere jubens sensus, ad recipiendam inde aliquam animi in sublime elevationem; ille suis circa passiones cogitationibus atque considerationibus: alius etiam sensuali fraude; alius vero etiam naturali proprietate crucifixus sensuum ad sensibilia relationem exuit; alius omnem quoque generatim sensualem cruce motionem sedat, ut nihil in se prorsus habeat quod naturaliter agatur; alius denique de ipsa intellectuali omnino desistit actione, atque, ut majus eloquar, hic quidem practica quæ dicitur philosophia per impassibilitatem crucifixus, et ad naturalem in spiritu contemplationem, quasi a carne quadam Christi ad animam ejus transgrediens, alter naturali quoque mortificatus contemplatione, abjecta intellectuali rerum contemplatione symbolica, et ad uniformem et simplicem theologicæ artis initiationem quasi ab anima quadam Christi ad intellectum ejus translatus, tertius etiam ab hac in ineffabilem per plenam negationem infinitatem ablativam tanquam ab intellectu quodam Christi ad divinitatem ejus mystice evectus: secundum suam, ut dixi, unusquisque facultatem, et secundum Spiritus gratiam pro merito ac dignitate sibi largitam, Christum habens sibi convenienter facientem sublimes suas per mortificationem erga omnes res ascensiones, ita divinum quoque nostrum quisque Agnum velut in aliqua domo proprio ordine institutionis pro virtute ei convenientis sacrificat agnum et carnes ejus participat, et saturatur Christo. Cujus enim proprius agnus sit Christus Jesus, ut quisquis capere eum possit et edere, proprius, Paulo magno veritatis præcone, et peculiari quodam modo proprius uniuscujusque sanctorum pro

A τοῖς ἀκούειν πνευματικῶς καὶ ὅρψιν δυναμένοις η-  
ρυτθέμενος, πῶς τὸν τύπον ὁ νόμος ἐπιτελῶν τοὺς  
Χριστοῦ πολλὰ πρίνατα κελεύει θύειαι καὶ κατ' αὐχοὺς  
πατριῶν; Πρὸς ὃν φαμεν, ὡς εἰπερ αὐτὸν δεξομενα  
τὸν λόγον, νοητῶς τῶν ὑπών τῆς ψυχῆς καὶ τῶν  
ὑμμάτων ἀπτόμενον, καὶ διανοίγοντα ταῦτα πρὸς ὑπο-  
δοχὴν μὲν καὶ θεωρίαν τῶν αὐτοῦ μυστηρίων, ἐκδι-  
κητιν δὲ πάστος παρακοῆς καὶ ἀποστροφῆν τα-  
σῆς ματιώτητος, γνοίμεν πάντας τὸ μυστικὴν  
βούλημα τῆς ἀγίας Γραφῆς, τῷ προκειμένῳ συ-  
άφαντες ὅμοιον ἐκ τοῦ ἀγίου Ἀποστόλου φάσκοντος,  
τό· Θύδετε ἔχειται εἰδέται ἐτὸν, εἰ μή Χριστὸν  
Ἰησοῦν, καὶ τοῦτο ἐσταυρωμένον· ὥσπερ οὖν  
ἔκαστος τῶν πεπιστευκότων τῷ Χριστῷ κατὰ τὴν  
οἰκεῖαν δύναμιν καὶ τὴν ὑποκειμένην αὐτῷ τῆς  
ἀρετῆς ἔξιν τε καὶ ποιότητα σταυροῦται τε καὶ  
συσταυροὶ ἔκαστα τὸν Χριστὸν, Χριστῷ διλονότι  
πνευματικῶς συσταυρούμενος. Ἀλλος γάρ κατ' ἄλλον  
ἀρετῆς τρόπον ἔκαστῷ κατάλληλον ποιεῖται τὴν σταύ-  
ρωσιν· ὁ μὲν μόνῃ σταυρούμενος τῇ κατ' ἐνέργειαν  
ἀμαρτίᾳ, καὶ ταύτην νεκρῶν τῷ φόνῳ τοῦ θεοῦ  
προστηλωμένην· (243 b) ὁ δὲ καὶ αὐτοῖς τοῖς πάθεις  
σταυρούμενος καὶ τὰς δυνάμεις τῆς ψυχῆς ἐξάμενος·  
ὁ δὲ καὶ αὐταῖς τῶν παθῶν ταῖς φαντασίαις, οὐχ ἐν  
τὰς αἰσθήσεις ἀρέτους, πρὸς ὑποδοχὴν τίνος τῶν  
κατὰ ταῦτα μετεωρισμῶν· ὁ δὲ καὶ τοῖς περὶ τὰ πά-  
θη λογισμοῖς καὶ ἐνθυμήμασιν· ὁ δὲ καὶ τῇ κατ' αἰσ-  
θήσιν ἀπάτῃ· ἀλλος δὲ καὶ τὴν πρὸς τὰ αἰσθήτα  
τῶν αἰσθήσεων διὰ τῆς φυσικῆς οἰκείατος σταυρο-  
μενος ἀποτίθεται σχέσιν· ἀλλος δὲ καὶ πᾶσαν καθ-  
ολικῶς αἰσθητικὴν τῷ σταυρῷ κατασέβνυσι κίνησιν,  
πρὸς τὸ μηδὲν ἔχειν ἐν ἔκαστῳ τὸ παράπαν φυσικὸς  
ἐνεργούμενον· ἀλλος δὲ καὶ αὐτῆς τῆς κατὰ νοῦν  
ἀποπάνεται παντελῶς ἐνεργείας, καὶ ἵνα τὸ μεῖζον  
εἴπω, ὁ μὲν τῇ πρακτικῇ σταυρούμενος φυλοσοφίᾳ  
δι' ἀπαθείας, καὶ πρὸς τὴν ἐν πνεύματι φυσικὴν  
θεωρίαν ὥσπερ ἀπό τίνος σαρκὸς τοῦ Χριστοῦ πρὸς  
τὴν ψυχὴν αὐτοῦ μεταβαλίνων, ὁ δὲ καὶ τῇ φυσικῇ  
θεωρίᾳ νεκρούμενος, διὰ τῆς ἀποβολῆς τῆς κατὰ νοῦν  
περὶ τὰ δυντα συμβολικῆς θεωρίας, καὶ πρὸς τὴν  
ἐνοεῖσθαι καὶ ἀπλῆν τῆς θεολογικῆς ἐπιτετῆμης μυστι-  
γιάνων ὥσπερ ἀπό τίνος ψυχῆς τοῦ Χριστοῦ πρὸς  
τὸν νοῦν αὐτοῦ μετατιθέμενος. ὁ δὲ καὶ ἀπὸ ταύτης  
εἰς τὴν δι' ἀποφάσεως παντελούς ἀρρεπητικὴν  
τοικήν ἀφιεσταί ὥσπερ ἀπό τίνος τοῦ Χριστοῦ καὶ;  
πρὸς τὴν αὐτοῦ θεότητα μυστικῶς ἀναγρέμενος·  
ἔκαστος, ὡς ἔφην, κατὰ τὴν ἔκαστον δύναμιν, καὶ  
τὴν κατ' ἀξίζειν χορηγουμένην αὐτῷ τοῦ πνεύματος  
χάριν τὸν Χριστὸν ἔχων ἀναλόγως ἔκαστῷ τὰς ὑψηλὰς  
διὰ τῆς πρὸς πάντα νεκρώσεως ἀναβάσεις ποιού-  
μενον, οὕτως καὶ τὸν θείον ἀμύνην ἔκαστος ἡμῶν· ἐν  
οἷς τινὶ τῷ ίδιῳ τάγματι τῇ κατ' ἀρετὴν ἀρμόδιού-  
σης (244 a) αὐτῷ καταστάσεως θύει τε τὸν ἀμύνην  
καὶ μεταλαμβάνει τὸν αὐτοῦ σαρκῶν, καὶ ἐμφορεῖται  
τοῦ Ἰησοῦ. Ἐκάστου γάρ ίδιος γίνεται ἀμύνης Χρι-  
στὸς Ἰησοῦς, ὡς ἔκαστος χωρεῖν τε καὶ ἀσθίειν εἰπόν  
δύναται, ίδιος· Παύλου τοῦ μεγάλου τῆς ἀληθείας κή-

<sup>2</sup> I Cor. ii, 2.

ρυκος, καὶ ιδιωτρόπως θίος ἐκάστου τῶν ἀγίων κατὰ τὸν εἶδος ἐν ἐκάστῳ πίστεως, καὶ τὴν ἐπιχορηγούμενην χάριν τοῦ Πνεύματος, φὶ μὲν οὕτως, φὶ δὲ οὕτως, εὐρισκόμενος δῆλος καὶ δῆλη, πᾶσι δὲ πάντα γινόμενος.

*'Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου εἰς τό· · · Οσον μὲν σαρκῶδες τοῦ λόγου καὶ τρόψιμον, μετὰ τῶν ἑρδοσθίων καὶ τῶν κρυψίων τοῦ ροῦ βρωθῆσται καὶ εἰς πέντε πρενυματικὴν ἀραδοθῆσται (44). · · ·*

Ο πᾶσαν μετὰ σοφίας φύσιν ὑπετήτας Θεὸς, καὶ πρώτην ἐκάστη τῶν λογικῶν οὐτιῶν δύναμιν τὴν αὐτοῦ γνῶσιν κρυψίως ἐνθέμενος, δέδωκε καὶ ἡμῖν τοῖς ταπεινοῖς ἀνθρώποις, ὡς μεγαλόδωρος Δεσπότης, κατὰ φύσιν τὸν εἰς αὐτὸν πόθον καὶ δρωτά, συνεπιπλέξας αὐτῷ φυσικῶς τοῦ λόγου τὴν δύναμιν, ἐφ' ᾧ δυνηθῆναι μετὰ φροτῶντος γνῶναι τοὺς τρόπους τῆς τοῦ πόθου πληρωσεις, καὶ μὴ παρασφαλέντας διαμαρτεῖν οὐ τυχεῖν ἄγνωστόμενα. Κατὰ τοῦτον οὐν κινούμενοι τὸν πόθον περὶ τε τῆς ἀληθείας αὐτῆς καὶ τῆς εὐτάκτως τοῖς ὅλοις ἐμφαινομένης τοφίας τε καὶ διοικήσεως ζητεῖν ἐναγόμεθα ἐκείνου τυχεῖν, διὰ τούτων γλυκόμενοι, οὐ χάριν τὸν πόθον ἐλάσσομεν. Καὶ τοῦτο μυστικῶς ἐγνωσθεῖς καὶ φιλότεμοι τῇς ἀληθείᾳ ἔρασται μίαν ἐστήσαντο σχολὴν καὶ προσεδρείαν ἕαυτοῖς τὴν περὶ τούτου φιλόπονον ἀσκησιν, ἀκριβῶς ὑπ' αὐτῆς τῶν πραγμάτων τῇς ἀληθείας κατανοήσεως τε καὶ ἀκολουθίας μαθήσεις ὡς, (244 b) εἰπερ κατὰ τὸν αἰώνα, τοῦτον ποσῶς δι' εὔεσθῶν θεωρημάτων τὴν μέλλουσαν ἀληθείαν εἰκονίσαντο, καὶ τὸν πόθον πληροφορήσουσιν, ἀτομητέραν ὡς τοῖς ἐνταῦθα καλῶς γυμνασθεῖσαν τὴν ψυχὴν ἐσχηκτές, ἀκμητὶ μετὰ τὸν βίον τοῦτον ἐπὶ τὴν μελλούσαν ἀληθείαν μεταβήσονται, ὀχιαγραφθεῖσαν αὐτοῖς δῆῃ καλῶς διὰ τῶν θειοτέρων νοημάτων, ἀγοντος αὐτοὺς ἐπ' αὐτὴν δηλαδὴ τὴν ἀληθείαν τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἀπλῆν καὶ ἀρέσκονταν καὶ δίχα πάσης ἀπορίας, συμβολικῆς τε ποικιλίας καὶ πάσης αινιγμάτωδους ἀσφείας, αὐτοῖς παραδεικνύντος ἀποδρασάσης αὐτοῖς ὥσπερ ἐπὶ τῆς πρακτικῆς ἀρετῆς ὁδύνης καὶ λύτης καὶ στεναγμοῦ διὰ τὴν τελείαν ἀπάθειαν, οὗτοι καὶ ἐπὶ τῆς θεωρητικῆς γνῶσεως, ἀσφείας πάσης καὶ ἀπορίας, διὰ τὴν σοφίαν, προστεθίσης αὐτοῖς, ἐντεῦθεν λαδονῖσι τὰς ὑποτυπώσεις αὐτῆς, τηνικώτα γυμνῆς τῆς ἀληθείας. Πλαντιὶ γάρ, φησι, τῷ Ξενοῦτι, δηλονότι τὸν περὶ τῶν μελλόντων πόθου, δούτησται, καὶ προτεθῆσται πάντως ἡ τῶν αἰώνιων ἀγαθῶν ἀπόλαυσις. Πλούσιος γάρ ὑπάρχων δὲ Θεὸς ἡμῶν οὐδέποτε λήγει τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν τὰ θεῖα διανέμων δῶρα τῆς γνῶσεως, ἀπέρ ποδέ δύνομάζειν κατὰ τὸν αἰώνα τοῦτον δυνάμεθα, διὰ τὸ αὐτὸν ὑψός καὶ μέγεθος, εἰπερ ἀληθεύει φάσκων περὶ τῆς ἐσχάτης μακαριστητος διαμέγας Ἀπόστολος ὑπεράνω παντὸς δύναματος δύνομαζομένου αὐτὴν εἶναι, οὐ μόνον ἐν τῷ αἰώνι τούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι τὴν μετὰ πᾶσαν πάντων τῶν χαρισμάτων διανομήν τε καὶ

A fidei in singulis modulo, proque gratia quæ subministrata est alteri hoc, alteri illo modo, omnis in omni inventus, cunctis vero cuncta effectus.

*Ex eodem sermone in illud: · · · Quidquid porro carneum et esculentum habet doctrina, cum intestinis abditisque mentis partibus comedetur, atque ad spiritualem concoctionem digeretur. · · ·*

B Omnem cum sapientia naturam qui produxit Deus, et rationalium unicuique essentiarium primam facultatem occulte insevit sui cognitionem, is nobis humilibus hominibus quoque, ut liberallissimus Dominus, naturale quoddam sui desiderium dedit atque amorem, una connexa cum eo natura-liter doctrina facultate, quo facilius possent cognoscere modos desiderii explendi, ac ne aberrantes eo exciderent quod consequi certamus. Hoc igitur desiderio commoti tam circa ipsam veritatem quam circa sapientiam administrationemque quas pulcher in rebus universis manifestat ordo id studere impelliunt, his incensi, ut illius compotes sianus cuius gratia desiderium cepimus. Quod cum mystice intellecterint studiosi et ambitiosi veritatis amatores, unam sibi collocaverunt scholam et studii assiduitatem gnavam circa hoc exercitationem, accurate ab ipsa rerum vera cognitione et legitima ratione edociti, quod, si hoc in saeculo futuram veritatem per pias contemplationes aliquatenus expressissent, desiderium quoque satiarent, postquam paratiorem, ut terrenis his rebus probe exercitatam, mentem nacti sint, sine ullo labore post hanc vitam in futuram perfecturi veritatem, quæ jam pulchre ipsis per divinas cogitationes adumbrata est. Tum eos ad ipsam nempe veritatem deducet Deus et Salvator noster Jesus Christus simplicemque et claram omnique difficultate symbolicaque varietate et omni obscuritate solutam eis representabit, posquam aufugerint eos, ut activa pulsa virtute, ærumna et dolor et gemitus, ob perfectam impassibilitatem, ita contemplativa ejus cognitione, obscuritas quoque omnis et angustia, ob sapientiam, nuda quidem veritate, cuius inde sint informaciones capturi, iis apposita. Omni enim, inquit qui D babet, desiderium videlicet eorum quæ futura sunt, dabitur <sup>a</sup>, et apponetur omnino æternorum bonorum fruitio. Dives enim cum noster sit Deus, nunquam desinet eis qui dilexerint ipsum divina distribuere munera cognitionis, quæ sane ne nominare quidem hoc saeculo licet, propter sublimitatem eorum et magnitudinem, si quidem vero pronuntiat magnus Apostolus, extremam beatitudinem dicens omni quo nominetur nomine superiore esse, non solum in hoc ævo, sed etiam in futuro <sup>b</sup> significans summum post universa dona gratiæ plene distributa, post factam ascensionem, manifestatum

<sup>a</sup> Luc. viii, 18. <sup>b</sup> Hebr. ii, 9; I Cor. ii, 9.

(44) Idem ibid. cap. 16, p. 837 sq. tom. I Opp. edit. Bened.

iri honorum culmen, quod nullo verbo aut notio ne dici aut intelligi queat, tam eorum honorum que hoc aeo possint attingi quam eorum quae in futuro sint apparitura, ac fortasse nominari a nobis et intelligi capiant. Semper enim qui cœlos pertransivit, Jesus <sup>c</sup> Dei Sermo, et cunctis cœlis superior factus, eos qui actione et contemplatione ipsum sequuntur de pejoribus ad meliora transfert atque transponit, et de his ad alia quæ etiam his superiora sunt, et, ut breviter dicam, tempus desiccat, si divinas saeculorum ascensiones et revelationes per singulas de gloria ad gloriam immutationes enarrare velle, donec suam quisque et convenientem suo ordini accepisset deificationem. Itaque magnus hic doctor ejus quod circa Deum habemus naturalis desiderii, de quo supra diximus, gnarus adhortatur omnes et per doctrinam suam vocat ad spiritualem Agni pronobis mactati gustationem servareque diserte atque utiliter commendat membrorum suorum, hoc est Agni, compaginem integrum et inconfusam, ne condemnemur quod divini corporis compaginem concinnam distrahamus et lacinemus, audacterve, ut supra facultatem, aut nefarie, ut contra facultatem, Agni et Sermonis carnes comedamus: verum unusquisque pro facultate sua et ordine, proque Spiritus gratia; quæ ei obligit, divinum sermonem participato, pro singulorum membrorum significatu. Sic caput quidem participabit is qui ex principiis quæ demonstrari nequeunt fidem sibi quæ sicut plane liberas habentem circa theologiam rationes, unde coagmentatum totum virtutum corpus et cognitionum spiritualiter auget. Autres vero participabit is qui divinas rationes spiritualiter cum intelligentia recepit, perque eos ad mortem usque facili suis obedit Deo atque morigeratur. Oculos porro, qui conditionem spiritualiter intuetur, omnesque et sensuales et intellectuales rationes sine offendiculo ad consummandam unice cogit Dei gloriam. Pectus autem participabit qui animum theologicis contemplationibus expletus, secundum magnum evangelistam Joannem, ad instar fontis perennis rationem suam et modum, cœnctorum Providentiam complecentem, pie dissectibus profundit. Manus rursus, ut par est, participat qui actionum divinitus prohibitarum, sive per ignoriam sive per negligentiam perpetrat nullam, sed omnes anime in agendo vires ad perficienda Dei mandata paratas habet atque intentas. Ventrem vero, qui anime, quod semper scaturiat, genitale habet, qui spiritualibus abundat contemplationibus, qui inexstinguibilem et flagrantissimum impassibilis appetitus cum Deo cocundi amorem habet. Intestina vero participabit convenienter, qui indagatione magis occulta et cognitione intellectuali profunda Dei pervestigat, et ineffabilibus mysteriis saturatur. Majus quid Sermo audebit. Inferio-

A ἀνάδασιν δειχθησομένην τῶν ἀγαθῶν ἀκροτέτην κορυφὴν αἰνιττόμενος, τὴν μηδενὶ λώγῳ οὐ φῆθιναι γνωσθῆναι (**245 a**) δυναμένην, τὸν τε κατὰ τὸν αἰώνα τοῦτον ἡμῖν ἐφικτὸν, τῶν τε κατὰ τὸν μέλλοντα δειχθησομένων, καὶ ὄντας σθῆναι καὶ γνωσθῆναι τυχὸν ἡμῖν δυναμένων. Άεὶ γὰρ διεληλυθός τούς οὐρανοὺς Ἰησοῦς, οἱ τοῦ Θεοῦ Λόγος, καὶ ὑπεράνω πάντων τῶν οὐρανῶν γεννήμενος, τοὺς ἀκολουθούντας αἰώνα διὰ πρόξεως καὶ θεωρίας μεταβιβάζει: τε καὶ μετατίθειν ἀπὸ τῶν ἡττῶν ἐπὶ τὰ κρείττονα, καὶ ἀπὸ τούτων πάλιν ἐπὶ τὰ ἔτι τούτων ἀνώτερα, καὶ ἀπὸλιγούς εἰπεῖν, ἐπιλέγει μις ὁ χρόνος λέγοντας τὸς Θεος τῶν ἀγίων ἀναβάσεις τε καὶ ἀποκαλύψεις κατὰ τὴν ἀπὸδότην εἰς δόξαν ἀληθίαν, ἣν ἔκαστος τὴν ἐν τῷ ίδιῳ τάγματι, ἀρμόζουσαν δέξιοτο θέωσιν. Τὸν τοίνυν προφῆθεντα περὶ Θεοῦ φυσικὸν πόθον ἔχοντας ἡμὲν εἰδίως οὗτος διάγεις διδάσκαλος προτρέπει τε πάντας καὶ καλεῖ διὰ τῆς αὐτοῦ διδασκαλίας πρὸς τὴν πνευματικὴν βρῶσιν τοῦ ὑπέρ τημον σφαγιασθέντος ἀμνοῦ, φυλάξαι τε εὐχριτῶς καὶ εὐχρήστως ὑποτίθεται τῶν αὐτοῦ, τοῦ ἀμνοῦ δηλονότι, μελῶν τὴν ἀρμονίαν ἀθραυστον καὶ ἀσύμφυτον, ἵνα μὴ κατακριθῶμεν ὡς διασπῶντες καὶ διασπαράσσοντες τὴν εἰθετον ἀρμονίαν τοῦ Θεού σώματος, η θρασέως, ὡς ὑπέρ δύναμιν, η ἀνιέρως, ὡς παρὰ δύναμιν, τοῦ ἀμνοῦ καὶ Λόγου τοῦς σάρκας ἴσθιστες· ἀλλ᾽ ἔκπτωτος κατὰ τὴν αὐτοῦ δύναμιν τε καὶ τάξιν, καὶ τὴν ἐπιβάλλουσαν αὐτῷ χάριν τοῦ Πνεύματος, μεταλαμβανέτω τῷ Θεῷ Λόγῳ κατὰ τὴν ἐκάστου μέλους ἐπίνοιαν. Οἶον κεφαλῆς μὲν δὲ ἔξ ἀναποδεῖκτων ἀρχῶν ἀφέντων παντελῶς ἔχουσαν τοὺς περὶ θεολογίας λόγους πίστιν κεκτημένους μεταλήψεται, ἔξ ης τὸ πᾶν σῶμα τῶν ἀρετῶν τε καὶ τῶν γνώσεων συμβιδαζόμενον εἴξει τὴν πνευματικὴν αἵδησιν. Ήταν δὲ μεταλήψεται (**245 b**) δὲ τοὺς θείους λόγους πνευματικῶν μετ' ἐπιστήμης ὑποδεχόμενος, καὶ εὐπειθής καὶ ὑπῆκος Θεῷ δὲ αὐτοὺς μέχρι θανάτου διὰ τῶν Ἑργῶν γνῶμενος· διφθαλιῶν δὲ, δὲ τὴν κτίσιν πνευματικῶν κατανοῶν, καὶ πάντας τοὺς κατ' αἰσθήσιν τε καὶ νοῦν λόγους ἀπροσκόπως εἰς μίαν δόξην Θεοῦ συνάγων ἐκπλήρωσιν. Στήθους δὲ μεταλήψεται δὲ τὴν καρδίαν θεολογικῶν πληρώσεως θεωρημάτων, κατὰ τὸν μέγαν εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην, καὶ πηγῆς ἀενάου δικριτῶν περιεκτικὸν τῆς τοῦ παντὸς προνοίας εὔεσθω; προχέων τοῖς μανθίνουσι λόγον τε καὶ τρόπουν. Χειρῶν δὲ αὖ μεταλημένων δεινῶν δὲ μηδὲν τὸν κατ' ἐντολὴν ἀνειμένων Ἑργῶν καὶ τημετημένων ἐπιτειών, ἀλλ' ὅλην ἔχων ἐτοίμην καὶ εὔτονον πρὸς ἐκπλήρωσιν τῶν θεῶν νόμων τῆς ψυχῆς τὴν κατὰ τὴν πράξιν ἐνέργειαν· κοιλαῖς δὲ, δὲ τὸ γόνιμον τῆς ψυχῆς ἀειδένων ἔχων, καὶ πληθυσμόν τοῖς πνευματικοῖς θεωρημάσι, καὶ ἀκατάτενεστον τὸν καυστικότατον τῆς πρὸς τὴν θεῖαν συνουσίαν ἀπανθούς ἐξίσεως ἔρωτα κακτηγένειας. Ἐνδοσθίων δὲ μεταλήψεται προσηκόντως, δὲ τῇ κρυψιτέρᾳ ζητήσεις τε καὶ γνώσει τοῦ νοῦ τῇ βάθῃ τοῦ Θεοῦ διερευνώμενος, καὶ ἀπορήστων ἐμφορούμενος μυστηρίων. Τολμήσει

τι μείζον δ λόγος. Τῶν κάτω τοῦ Λόγου μερῶν με-  
ταλαμβάνετα σωφρόνως, δ λογικῶς κατὰ τῆς ὅλης  
Ιστόμενος, καὶ παντάπασιν διμόλυντον μετὰ τῆς ψυ-  
χῆς τὴν σάρκα διατηρῶν, καὶ δὲν ἀπαραίτητως  
αὐτῇ τὸν Λόγον ταῖς ἀρεταῖς διαμορφῶν σάρκα γενό-  
μενον. Μηρῶν δὲ μεταλήψεται δ τὸν λόγον ἐπικείμε-  
νον ἔχων τῷ τῆς ψυχῆς παθητικῷ μέρει, καὶ παν-  
τελῶς ἐκτέμνων αὐτῆς τὴν πρόσωπον κίνησιν· γονά-  
των δὲ, δ πρὸς τοὺς κειμένους καὶ ἀσθενοῦντας  
**(246 a)** τῇ πίστει συμπαθῶς κατὰ πρόνοιαν ἐπε-  
κλινόμενος, καὶ τὴν πρὸς ἡμᾶς τοῦ Λόγου μιμούμε-  
νος συγκατάβασιν. Κνημῶν δὲ καὶ ποδῶν μεταλαμ-  
βάνετα πρὸς τούτοις, δ ἐπὶ τῆς πίστεως καὶ τῆς  
ἀρετῆς καὶ τῆς γνώσεως ἀσαλεύτους ἔχων τῆς ψυ-  
χῆς τὰς βάσεις καὶ ἀκλονήτους, καὶ κατὰ σκοπὸν  
πρὸς τὸ βραβεῖον τῆς ἀνω κλήσεως ἐπειγόμενος, καὶ  
τῆς ἀγνοίας τὰ δρη καὶ τοὺς βουνοὺς τῆς κακίας  
ὑπερπτῶν μετὰ τοῦ Λόγου καὶ διαλαμβένος. Ἀλλὰ  
τοῦ; δυνήσεται πάσας τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ τὰς  
δι’ ἡμᾶς ἐπινοίας ἑξαριθμῆσαι καθ’ ἓν ἐδώδιμον  
ἴσατὸν καὶ μεταληπτὸν ἀναλόγως ἐκάστῳ πεποιη-  
κεν. Ἐτι; γάρ ἔχει πρὸς τούτοις πάτιν δ Κύριος  
βοστρύχους, καὶ βίνας, καὶ χελή, τράχηλον τε, καὶ  
ῶμους, καὶ δακτύλους, καὶ δύσα τῆς ἡμετέρας κατα-  
σκευῆς ἐπ’ αὐτοῦ λέγεται τροπολογικῶς.<sup>28</sup> Οὐ προσ-  
φυῶς τε καὶ εὐχρήστως μεταλαμβάνουσιν οἱ πρὸς  
ἐκαστον καὶ δι’ ἐκάστου μέλους σημανθενον πνευ-  
ματικὸν μεταποιούμενοι λόγον. Οὐτως δ ἀμνὸς τοῦ  
Θεοῦ βιβρώσκεται, κατὰ τὸν δικιον τούτον καὶ μέγαν  
διδάσκαλον, καὶ εἰς πέψιν πνευματικὴν ἀναδίδοται,  
μεταποιῶν πρὸς ἰσατὸν τῷ πνεύματι, τοὺς μεταλαμ-  
βάνοντας, ἐκαστον αὐτῶν εἰς τὸν βρωθέντος  
ὑπ’ αὐτοῦ πνευματικῶς μέλους τόπον κατὰ τὴν θέ-  
σιν τῆς σωματικῆς ἀρμονίας ἐνάγων τε καὶ μετατιθέμενος, ὥστε φιλανθρώπως τὸν ἐν τοῖς δοις λό-  
γον τοῖς πράγμασιν οὔσιαν γίνεσθαι τὸν μόνον ὑπὲρ φύσιν καὶ λόγον.

**Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τὸν Νεκρώσας τὰ μέλη**  
τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ τὴν ζώην τῶν μιμού-  
μενος, τοῦ ἀρηματικοῦ καὶ προδρόμου καὶ μερά-  
λου τῆς ἀληθείας κήρυκος (45). »

Ο τὴν Ιωάννου ζώην μιμούμενός ἐστιν δ τῇ δυ-  
νάμει τοῦ λόγου τὸ γένειμα τῆς ψυχῆς διὰ γνώσεως  
πρακτικῶς ἐπισφίγγων, καὶ ἀδιάχυτον αὐτὸ πρὸς  
τὴν ὅλην διαφυλάττων. Ἐρημικὸς δὲ ἐστιν **(246 b)**  
δ παθῶν καθαρεύουσαν τὴν ἔξιν κτησάμενος. Πρό-  
δρομος δὲ διὰ τῆς γνησίας μετανοίας τὴν ἐπακο-  
λουθούσαν αὐτῇ δικαιοσύνην, καὶ διὰ τῆς φαινομέ-  
νης ἀρετῆς τὴν ἐπιδημεῖν αὐτῶν μέλλουσαν γνῶσιν  
προμηνύνων. Μέγας δὲ τῆς ἀληθείας κήρυξ ἐστιν δ  
τῷ οἰκείῳ βίῳ τὸν ὑπ’ αὐτοῦ <sup>29</sup> λαλούμενον τῆς δι-  
δικταλίας λόγον πιστούμενος.

<sup>a</sup> Coloss. iii, 5.

#### VARIÆ LECTIÖNES.

<sup>28</sup> τι habet cod. Gud. <sup>29</sup> Ita rescripti. Apographum habet λόγος τῶν καὶ τῶν τοῦ λόγου. <sup>30</sup> Apogra-  
phum habet μετὰ τῆς κατὰ τῆς ψυχῆς. <sup>31</sup> Cod. Gud. habet quidem τὸν ὑπ’ αὐτοῦ, sed vocum ὑπ’ αὐτοῦ  
pars prior punctis subterpositis sunt notata. Aliena manus aliquid rescriptura fuisse videtur.

(45) Idem ibid. cap. 18, p. 839, tom. I Opp. ed. Bened.

A res Sermonis partes participabit sapienter is qui rationaliter contra materiam stat, et impollutam omnino cum anima carnem conservat, et totum ac sine defectu ea Sermonem, qui caro est factus virtutibus effingit. Femora autem participabit qui Sermonem, in passibili animæ parte habet inpositum, ac motionem ejus in materiam pronam prorsus exstirpat; genua contra, quid ad jacentes et si de labantes misericorditer de Providentia inclinat, atque Sermonis ad nos condescensionem imitatur. Tibias denique et pedes participato ad hæc, qui intrepidos et inconcussos in fide et virtute et cognitione habet animæ gressus, et juxta propositum approperat ad primum vocationis in cælum, quicque ignorantiae montes nequitaque colles transilii cum ratione. Sed quis omnia Salvatoris nostri Dei propter nos cogitata enumerare poterit quibus esculentum sese atque fruendum convenienter unicuique efficerit? Habet enim Dominus ad omnia hæc cincinnos et nares et labra, cervicem humerosque ac digitos, et quæcumque nostræ constitutionis de eo figurate prædicari solent Ea convenienter atque utiliter participant qui in quamque et per quodque membrum significatam rationem instaurantur. Ita Agnus Dei coniedetur, secundum hunc sanctum et magnum doctorem, et in conceptionem spiritualem digeretur, dum participantes se Spiritu in seipsum immutat atque regenerat, unumquemque eorum in membra ab eo vorati locum pro corporalis ordinis et coagmentationis positione altrahens atque transponens, ita ut humaniter ea quæ universis inest ratio in rebus essentia fiat, quæ ratio sola superat naturam itemque sermonem. <sup>b</sup>

**Ex eodem sermone, in illud: « Mortificatus membra**  
quæ sunt super terram <sup>d</sup>, et solitarii illius Joannis  
et præcursoris magnique veritatis præconis, præ-  
cinctionem imitans. »

Joannis zonam imitatur qui rationis virtute genitale animæ per cognitionem active constringit, et inconfusum contra materiam servat. Solitarius autem est qui purum affectibus habitum sibi quæsivit. Præcursor vero est qui sinceræ pœnitentie ope justitiam, quæ illam subsequitur, conspicuaque virtute futuram ad quam sit accessurus cognitionem prænuntiat. Magnus denique veritatis preco est qui doctrinæ sermonem a semetipso prædicatum sua propria vita confirmat.

*Ex eodem sermone, in illud : « Et si quis discipulus ad prædicandum Evangelium mittitur, frugalitatem ac simplicitatem studeat : quem præter quod nec as, nec baculum, nec duplice tunicam habeat, etiam nudis pedibus iter facere oporteat », ut pulchri pedes evangelizantium pacem appareant. »*

Evangelium est sublimior de Dei regno sermo;  
regnum autem Dei est omnis materie omniumque  
vanitatum de ea conceptarum pura conditio. Disci-  
pulus igitur ad Evangelium pradicandum missus,  
uti videtur, is est qui moribus suis prorsus sese  
ab hoc mundo abalienatum demonstrat, eo quod  
æris sit expers et baculi, quodque unam tantum  
tunicam habeat, pecuniaæ cupidinem et iracundiam  
vel imperii alicujus confidentiam suam circumci-  
dens, moralem, philosophiam neque dolosam neque  
efficiam, simplicem eam omnique versutia liberam,  
veluti unam tuniculam, profitens, nullum omnino  
mortalitatis signum animæ vestigio veluti calceum  
indutus, utpote qui magnæ pacis exsistat nuntius,  
atque status præco qui non timeat amplius bellum  
passionum aut corporis mortem reformatidet, adeo  
ut qui prudenter in eum oculos figunt ex immu-  
tabili vita per virtutem identitate angelorum in  
Dei comitatu conversationem dignissimam atque  
stabilitatem exprimant.

*Alia in idem contemplatio.*

Aut fortasse per simplicitatem orationis et zonam Joannis imitando, et rursus ad facultatem faciendam evangelice pascha edendi, et participantium differentias et ipsius paschatis modos Pater per ænigma præcipiendo significavit. Tria enim pascha antiquior tradit sacra Scriptura, unum quidem esse perfectum in Ægypto <sup>a</sup>, et alterum in deserto <sup>b</sup>, et tertium in terra annuntiationis <sup>c</sup>. Ægyptus igitur secundum unam cogitationem figura-  
tura hunc mundum significat, desertum vero pa-  
riter secundum alteram illarum contemplationum animarum post inortem statum allegorice denotat,  
terra autem annuntiationis futurum ævum designat.  
Tres enim loci et status sunt in quibus versamur homines, id est hic mundus, in quo existentia impertiti generamur, et ille locus quo post mor-  
tem pergitimus abeentes, et futurum ævum, in quo  
cum animabus atque corporibus coercescunt. Quan-  
diu igitur in hoc mundo versamur, in Ægypto agimus pascha, de peccati maculis dum purgamus, verum quando morte hanc vitam finivimus, tanquam in deserto rursus agimus alterum pascha, dum clarissimorum que sunt rationes, symbolis et ænigmatis et sensuali varietate exutas intellectualiter et cor-

<sup>c</sup> Matth. x, 9, 10. <sup>f</sup> Rom. x, 15. <sup>g</sup> Exod. xii, passim. <sup>b</sup> Exod. xiv, passim. <sup>i</sup> Exod. xxiv, passim.

## VARIE LECTIONES.

<sup>44</sup> Cod. Gud. ἀγγέλους περὶ Θεόν. Punctis ab aliena et recentiore manu positis subscripta est emendatio quam extricasse mihi non contigit. <sup>45</sup> Apographum habet δὲ πατήρ γραψῆς λέγος. Correxii δὲ Λελιδές Γραψῆς λόγος.

(46) Idem *ibid.* cap. 19, p. 860, tom. I Opp. ed. Bened.

<sup>1508</sup>  
*Ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἀλόγου, εἰς τὸ· Καὶ εἰ τις μαθητὴς ἔχει τὸ Εὐαγγέλιον τέλμαται, φιλοσόφως καὶ ἀπερίτετως· διὸ δεῖ πρὸς τῷ ἀχάλῳ καὶ ἀράδῳ καὶ μοροκύτῳ, ἐτί καὶ γιγνοσκεῖται, ἵνα πανώλαιοι τῶν εὐαγγελισμάτων εἰσήρηται (45.).*

Εὐαγγελίουν ἔστιν δὲ περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ βασιλείας ὑψηλότερος λόγος· βασιλεία δέ ἐστι θεοῦ ἡ πάτης ὅλης καὶ πατῶν τῶν καὶ αὐτὴν φαντασιῶν καθερέουσα λῆξις· Μαθητής οὖν ἐπὶ τῷ Εὐαγγέλῳ πεμπόμενος εἰκάστως ἔστιν δὲ τοῖς τρόποις παντελῶς τὴν πρδὸς τὸν κόσμον τούτον ἐπιδεικνύμενος ἀλλοτρίων τῷ τε ἀχάλκῳ καὶ ἀράβδῳ καὶ μονοχλεών τὴν τε φιλαργυρίαν καὶ τὸν θυμὸν ή τὴν ἐπὶ δύναστειρ τενὶ πεποιθησιν ἐσυτοῦ περιεκόμενας, ἀπέχνωστὸν τε καὶ ἄπλαστον καὶ μονότροπον καὶ πάσης ἐλευθεραν διπλόνης τὴν θεικήν, ὃπερ ἐν χιτώνιον, μετιὼν φιλοσοφίαν, μηδὲν τὸ σύμολον νεκρότερος τῷ ἥρνι τῆς ψυχῆς, ὃστεπερ ὀπόδημα, σύμβολον ἐναφεῖς, οἷα τῆς μεγάλης εἰρήνης ὑπάρχων ἀγγελος, καὶ τῆς μηκετί φοδουμένης τὸν ἐκ τῶν παθῶν πλεύμον, μηδὲ θάνατον σώματος ὑποστελλομένης καταστάτως; κῆρυξ, ὃστε δύναεσθαι τοὺς εἰς αὐτὸν συνετῶς ὄρην· τας ἐκ τῆς κατ' ἀρετὴν περὶ τὸν βίον ἀναλούσου ταύτοτετος τὴν ἐν ἀγγέλοις περὶ Θεοῦ<sup>18</sup> εὐπρεπεστάτην εἰκονίζεσθαι πολιτείαν τε καὶ εὐστάθιαν.

**Άλλο είς τὸ αὐτὸν θεώρημα.**

¶ Πι μήποτε διά τὸ ἀπλῶς εἰπεῖν, καὶ κατὰ μίμησιν τῆς Ἰωάννου ζώνης, καὶ πάλιν εὐχαριστικῶς δύνασθαι τὸ πάτσχα ἑσθίεσθαι, τάξ τε διαφοράς τῶν μεταλαμβανόντων καὶ τοὺς (247 a) τρόπους αὐτοῦ τοῦ Πάσχα διδασκαλικῶς ὁ Πατὴρ παρηγένετο. Τρία γάρ Πάσχα παραδίδωσιν ὁ Παλαιᾶς: Γραφῆς λόγος <sup>10</sup>, ἐν κατὰ τὴν Αἴγυπτον ἐπιτελούμενον, καὶ ἔτερον κατὰ τὴν Ἑρήμον, καὶ τὸ δὲλλο κατὰ τὴν γῆν τῆς Ἐπαγγελίας. Η μὲν οὖν Αἴγυπτος κατὰ μίαν τῶν περὶ αὐτὴν ἐπινοιῶν ἀλληγορουμένη τούτου δηλοῖ τὸν κόσμον, ἡ δὲ Ἑρήμος ὥσταύτως κατὰ μίαν τῶν ἐπ' αὐτῆς θεωριῶν τὴν μετὰ Θάνατον καταστασίν τῶν ψυχῶν ἀλληγορικῶς ὑποφαίνει, ἡ δὲ γῇ τῇ Ἐπαγγελίᾳ τὸν μέλλοντα προτυπεῖ. Τρεῖς γάρ τόποι καὶ καταστάσεις εἰσὶν ἐν οἷς οἱ ἀνθρώποι γινομέναι οὔνος δὲ ἕν φορεῖται λαμβάνοντες γεννώμεθα κόσμον, καὶ δὲ μετὰ Θάνατον ἐν φορεῖται τοιςάντες γινώμεθα τόπος, καὶ δὲ μέλλων αἰών, ἐν φορεῖται ψυχῶν συγκλειόμεθα καὶ σωμάτων. Ἐφ' ὅστον οὖν χρόνον ἐσμὲν ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ, ἐν Αἴγυπτῳ ἀγομένῳ τῷ Πάσχα, τῶν καθ' ἀμαρτίαν κτηλίζων ἐκκεχειρόμενοι· ἐπὸν δὲ ταύτην διὰ θανάτου περάσωμεν τὴν ζωήν, ὡς ἐν ἔρημῳ πάλιν ἀγομένοις ἔτερον πάσχε, τοσοντέρους τοὺς τῶν δυτιῶν λόγους, γωρί; συμβο-

<sup>b</sup> Exod. xiv, passim. <sup>i</sup> Exod. xxiv, pas-

λαν καὶ αἰνιγμάτων καὶ τῆς δι' αἰσθήσεως ποικιλίας. Καὶ αὐτοὶ κατὰ τὸν μελλοντα τῶν θείων ἀπαγγελιῶν αἰώνα ἐρτάζουμεν τὸ πάσχα, τὸν ἀκρότατον ἀμέσως ἐσθίοντες τῆς σοφίας λόγον, πρὸς δὲ μεταποιηθέντες κατὰ χάριν θεούμεθα, τὴν πρὸς ἄλλο πάσχα διάβασιν καθ' ὅτινū δίλην οὐκ ἔχοντες, πλὴν δὲ καὶ ἐνταῦθα παροῦσιν ἡμῖν δυνατόν εστι πρὸς τὴν ἑκάστου κατάστασιν εἰκονισθῆναι τῶν εἰρημένων τόπων τὴν ἴδετητα. Οὐ γάρ ἑκάστου ἡμῶν βίος χαρακτηρίστηκός εστι τοῦ ἣν ὁ εστι τόπου. Οἶον, εἰ μὲν τὴν πρακτικὴν ἀνδρικῶν μετερχόμεθα φιλοσοφίαν, ἐν Αἴγυπτῳ τὸ πάσχα καλῶς ἐπιτελοῦμεν, μετὰ τῶν Αἴγυπτίων μὲν ὑπάρχοντες, οὐκ Ἀγύπτιοι δὲ τυγχάνοντες, ὡς ἐν σαρκὶ μὲν δυτες, οὐ κατὰ σάρκα δὲ στρατευθέντες. (247 b) Εἰ δὲ τὴν φυσικὴν ἐν πνεύματι θεωρίαν εὑσεβῶς ἔξασκούμεθα, δῆλα τῷ Θεῷ δυνατὰ τὰς τῆς ψυχῆς ποιούμενοι δυνάμεις, πρὸς καθαίρεσιν μὲν ὁμορωμάτων καὶ παντὸς ὑψηλοῦ μετοπέραν επαιρομένου κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ, θεωρίαν δὲ τῶν ἐν τοῖς οὖσι πνευματικῶν λόγων, ὥστερ γυμνοὶ σύμπατος καὶ τῆς κατὰ τὴν αἰσθήσιν ἀπατηλῆς φαντασίας ἐλεύθεροι, τὴν πρὸς τὰς θείας ἐπαγγελίας γνωστικῶν ποιούμενοι πορείαν, ἐσμὲν ἐν τῇ ἐρήμῳ, τῇ παθῶν λέγω, καὶ πάσῃς ὑλικῆς φαντασίας καθαρευούσῃ καταστίσει. Εἰ δὲ τὴν θεολογίκην μυσταγωγίαν ἀρρήτωις νοὸς κινήμασι μορφαζόμεθα, τι τὸ πλάτος καὶ μῆκος καὶ βάθος καὶ τὸ ὑπερβόλλον εἰς ἡμᾶς μέγεθος τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας κατὰ τὸ ἐφικτὸν ἀνθρώποις οὐκ ἀγνοοῦντες, ἐσμὲν ἐν τῇ γῇ τῆς ἐπαγγελίας. Τὴν πρακτικὴν οὖν, καὶ τὴν φυσικὴν, καὶ τὴν θεολογικὴν φιλοσοφίαν οἷμαδι εἰς τῆς διαιρέσεως τῶν τριῶν προσώπων τὸν διδάσκαλον παρεινίττεσθαι, δι' ὧν ἀναδργως ἐκαστος κατὰ τὴν ὑπούσχν αὐτῷ δύναμιν τὸ νοητὸν ἐσθίει πάσχα.

'Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τό· «Εἰ μέρ τις εἰς Ραχὴλ ἡ Λελα, ψυχὴ πατριαρχικὴ καὶ μεγάλη, καὶ τὰ εἰδώλα καλέγον ἀπέρ ἀν εὑρης τοῦ σοῦ πατρὸς, οὐχ ἡτα ψυλάξης, ἀλλ' ἡτα δηρίσης· εἰ δὲ Ἰσραηλίτης σοφός, πρὸς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας μετέστρεψε» (47).»

Ραχὴλ μὲν, ὡς φασιν, ἀμράς ἡ ποιμανούσα ἐρμηνεύεται, ἡ δὲ Λελα, κοζούμερη ἡ κόπωσις ἐρμηνεύεται. Ποιμανεῖται οὖν καὶ ποιμαίνει καὶ ἀγετεῖ καὶ ἀγειτεῖ ἡ Ραχὴλ, κατὰ τὴν τῆς προστηγορίας δύναμιν. Ραχὴλ οὖν εστι πᾶσα ψυχὴ θεωρητική, ἡ τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ ὡς ἀμνᾶς ποιμανομένη τε καὶ ἀγομένη; καὶ κατὰ τὸν νόμον τοῦ Θεοῦ τοῖς κατὰ πρᾶξιν θεσμοῖς ποιμανούσα τε καὶ ἀγουσα αὐτῆς τὰ κινήματα καὶ τὰ διανοήματα, καὶ τὰ πάθη τῆς σαρκὸς τῷ γονιμῷ τῆς ἀρετῆς ὑποτάσσουσα τέως, καὶ οὕτως μετὰ τὴν εἰς γνῶσιν εἰσόδον παντελῶς ἀφανίζουσα. Λελα δέ εστι πᾶσα ψυχὴ πρακτική, τὴν ὑπὲρ ἀρετῆς ἔχουσα κόπωσιν, ἢν γάλιστα πρώτην πᾶς τις τὴν θείαν μετιών φιλοσο-

B A poris expertes ediscimus; et rursus in futuro diuinarum annuntiationum aeo pascha celebramus, dum extremam edimus immediate sapientiae sermonem, ad quem regenerati per gratiam deificamur; nec ullum ad alterum pascha transitum alium habentes, praeter quod nobis etiam in hac vita ad uniuscujusque statum locorum, quae dixi, proprietas per imaginem representari potest. Nam uniuscujusque nostrum vita ejus in quo versatur loci quasi imaginem prebet. Velut, si practicam, quae dicitur, philosophiam fortiter tractamus, in Αἴγυπτῳ pascha probe obimus, inter Αἴγυπτος quidem versantes, nec tamen Αἴγυπτii ipsi, ut in carne quidem versantes, nec tamen carnaliter militantes. Si vero naturalem in spiritu contemplationem pie exercemus, arma Deo fortia reddentes animæ facultates, ad expugnanda præsidia omnemque summitatem contra Dei cognitionem erectam, et ad contemplandas spirituales in eis quæ existunt rationes, veluti corpore nudi ac sensuali imaginationis fraude liberi, ad divinas annuntiationes gnostice iter facientes, tum in deserto sumus, in statu, inquam, ab affectibus et omni materiali vanitate puro. Si denique theologicam initiationem ineffabilibus mentis motionibus imitamur, quænam sit latitudo et longitudo et altitudo et redundans in nos magnitudo sapientiae Dei, quoad possint homines, haud ignorantes, in terra sumus annuntiationis. Practicam igitur et naturalem et theologicam philosophiam per trium personarum differentiam a magistro significari mihi videtur, quibus convenienter pro sua quisque facultate intellectuale comedat pascha.

C Ex eodem sermone, in illud : «Si Rachel quædam es, aut Lia, hoc est patriarchica et magna anima, patris quoque tui idola, quæcumque inveneris, subripe<sup>i</sup>, non ut serves, sed ut deleas; si autem sapiens Israelia, ad terram promissionis transfer.»

D Rachel quidem, ut tradunt, agna vel pascens oves explicatur, Liam vero fatigatum vel fatigationem interpretantur. Pascitur igitur et pascit, et agitur et agit, Rachel, secundum vocis significationem. Rachel igitur est omnis anima contemplativa, quæ lege Dei tanquam agna pasta et acta, et juxta legem Dei præceptis eis quæ ad actionem pertinent et pascit et agit motiones suas cogitationesque, atque carnis affectus secunditatí virtutis interim subjicit, adeoque postquam ingressa in cognitionem est, prorsus extinguit. Lia autem est omnis anima strenua pro virtute laborans, quam omnis maxime divinæ philosophiæ sectator in matrimonium apud se excipit. Israclita

<sup>i</sup> Gen. xxxi, 19.

(47) Idem. ibid. cap. 21, p. 861, tom. I Opp. ed. Bened.

autem sapiens est mens contemplativa ævi hujus cogitationes in terram cognitionis transferens ad exemplum magni illius Jacobi, qui totam Labani substantiam ad terram patrum transportavit <sup>i</sup>. Quemadmodum enim admirandus ille Jacobus, ut traditum est, virgas decorticatas aquarum calamibus injecit et concipere ad eas fecit oves bidentes <sup>k</sup>, sic omnis mens in spiritu sapientissima quoque rationes rerum quæ sunt diviniores a materia circumvestiente denudatas modis cognitionis contemplativis subjicit, et incorporalium statum formare quemque discentem et animæ suæ ipsius motiones edocet. Patriarcha itaque eorum quidem qui per activum laborem virtuti operam navant, Lia est, contra eorum qui per naturalem contemplationem rationaliter virtutem colunt, Rachel est, utpote Dei lege obedientier gubernata, ac leniter secundum eam gubernans. Eorum vero qui juxta contemplationem spiritualem petunt sublimitatem cognitionis Jacobus est ille eximia laude prædicandus, hoc est eorum qui ea quæ videntur non ita ut videntur, sed ut intellectui repræsentantur insipient atque cognoscunt, et cum cogitationibus inde repetitis divites ad immateriale et incorporale cognitionem transeunt.

*Ex eodem sermone, in illud : « Si Simon Cyrenæus sis, crucem tolle, ac sequere <sup>l</sup>.*

Simon quidem est obedientia, Cyrenæus autem, ut tradunt, explicatur paratus animus. Quicunque igitur ad obediendum Evangelio paratus, terrenis mortificatis membris per practicam philosophiam pro virtute lubenter subit vexationem, Simon factus est Cyrenæus, voluntariam sectans virtutem, in humeris dum fert crucem et Christum sequitur, conversationem vite Deo convenientis terrena prorsus aversatam ostendens.

*Ex eodem sermone, in illud : « Si ut latro cruci simul affixus fueris, ut vir probus, Deum agnosce.*

Latro probus cum Christo simul cruci affixus omnis est homo qui pro peccatis male patitur ut obnoxius, simul male patiens cum Sermone ipsius gratia innoxie male paciente, et cum grata beneficii recordatione serens, justique judicii secundum providentiam recum esse Sermonem agnoscens, et culpanu quam male patiendo luit confitens, ac precans ut Sermo quemadmodum quamvis innoxius passionem suam communicarit, ita sibi quamvis indigno per semetipsum velit gaudium suum et oblectationem communicare, et mortificationem ex circumstantia in voluntariam ipsius virtutem benigne anumerare, quando Sermonis velaminibus, quæ

<sup>i</sup> Gen. xxx, passim. <sup>k</sup> ibid. <sup>l</sup> Matth. xxvii, 32.

(48) Idem *ibid.*, cap. 24, p. 864, tom. I Opp. ed. Bened.

A φίλαν γαμικῶς εἰσοικίζεται. Ἰσραηλίτης δὲ εορδὲς ἐστὶ νοῦς θεωρητικὸς τὰ τοῦ αἰώνος τούτου νοήματα πρὸς τὴν χώραν τῆς γνώσεως μεταβιβάζων κατὰ τὸν μέγαν ἔκεινον Ἰακὼν, τὸν πάντα τὰ τοῦ λάδην πρὸς τὴν γῆν τῶν Πατέρων μεταχομίσαντα. Κοθάπερ γὰρ ἔκεινος ὁ θαυμαστὸς Ἰακὼν ἰστόρικῶς τὰς βάρδους λεπίσας καὶ ὑποθεὶς ταῖς ληνοῖς τῶν ὑδάτων πρὸς αὐτὰς ἔγκισθεν ἐποίει τὰ πίνοντα πρόδατα, οὕτω καὶ πᾶς ἐν πνεύματι σοφώτατος νοῦς τῆς παρικειμένης ὑλῆς τοὺς τῶν δυτῶν θειοτέρους λόγους ἀπογυμνώσας, καὶ τοῖς κατὰ τὴν θεωρίαν τρόποις τῆς γνώσεως ὑποθέμενος, τὴν τῶν ἀσωμάτων κατάστασιν μορφοῦσθαι, τούς τε μανθάνοντας πάντας καὶ τὰ τῆς ἐαυτοῦ ψυχῆς ἐκδιδάσκει κινήματα. Πατριάρχης οὖν τῶν μὲν διὰ πρακτικῆς κοπύσεως τὴν ἀρετὴν κατορθούντων ἔστιν ἡ Λεία, τῶν δὲ διὰ τῆς φυσικῆς θεωρίας τὴν ἀρετὴν λογικῶς μετιόντων ἔστιν ἡ Ἐραχὴλ, ὡς εὔπειθῶς ἀγομένη τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ καὶ πράσις κατ' αὐτὸν ἀγούσα. Τῶν δὲ κατὰ θεωρίαν πνευματικήν τὸ ὑψός μετεδιωκόντων τῆς γνώσεως, Ἰακὼν ὁ πανεύφημος, τῶν μὴ τὰ φαινόμενα καθὼς φαίνονται παντελῶς, ἀλλὰ καθὼς νοοῦνται, θεωμένων τε καὶ γινωσκόντων, καὶ μετὰ τῶν ἐν τούτοις νοημάτων πλουσίως πρὸς τὴν ἄνθρωπον καὶ ἀσώματον μεταβιβάζομένων γνῶσιν.

'Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τοῦ Ἀρ. Σίμων ἢ Κυρηναῖς, τὸν σταυρὸν ἀφοροῦσθος (48).'

Σίμων μὲν ὑπακοή, Κυρηναῖος δὲ ἀτομότης, ὃς φασιν, ἐμρηνεύεται. (243 b) Πλέον οὖν ἐτοιμαστος πρὸς ὑπακοὴν τοῦ Εὐαγγελίου, καὶ προθύμως διὰ νεκρώσεως τῶν ἐπὶ γῆς μελῶν τὴν ὑπὲρ ἀρετῆς κατὰ τὴν πρακτικὴν φιλοσοφίαν ὑπερχόμενος κάκωσιν, Σίμων γέγονε Κυρηναῖος, ἐκούσιον μετερχόμενος ἀρετὴν, ἐπ' ὅμων τε τὸν σταυρὸν ἔχων καὶ ἀκολουθῶν τῷ Χριστῷ ἀνεσταλμένην παντελῶς τῆς γῆς τοῦ κατὰ θεὸν βίου τὴν ἀγωγὴν ἐπιδεικνύμενος.

'Ἐκ τοῦ φύτου λόγου, εἰς τοῦ Ἐδρ συσταυρωθῆς ὡς ἀηρτής, ὡς εὐγράμμωρ τὸν θεόρ γιώρισο (49).'

Ἀηρτής ἐστιν εὐγνώμων συσταυρούμενος τῷ Χριστῷ πᾶς δινθρωπος ὑπὲρ ἀμαρτιῶν πάσχων κακῶς ὡς ὑπεύθυνος, τῷ ἀνευθύνως δι' αὐτὸν κακοπούντος: λόγῳ συγκακοπαδῶν καὶ φέρων μετ' εὐχριστίας, καὶ τὸν κατὰ πρόνοιαν τῆς δικαίας κρίσιας; Λόγον συνόντα γνωρίζων, καὶ δομολογῶν τὴν ὑπὲρ ὑπάσχει κακῶς αἰτίαν, καὶ αἰτῶν ὥσπερ αἰτῶν τῷ πάλιοις ἐκοινώησεν ἀνεύθυνος ὃν δὲ λόγος, οὕτω δι' ἔκπτων τὸν λόγον τῆς οἰκείας εὐπαθείας ἀναζήτησε τογάνοντι μεταδοῦναι, καὶ τὴν ἐκ περιστάσεως νέκρωσιν εἰς ἐκούσιον αὐτοῦ ἀρετὴν διὰ τὴν εὐγνωμοσύνην λογίσασθαι, ἡνίκα τῆς προνοίας τὰ σφρά τοις λαβεῖντα τῆς αἵτινος προκαλέσματα πέρας λαβεῖντα τῆς αἵτινος

(49) Idem *ibid.*, cap. 25, p. 864, tom. I. Opp. ed. Bened.

βασιλείας τὸ φῶς φανῇ τὸ ἀπρόσιτον. Οὗτῳ περὶ-  
σταται αὐτῷ πάσχοντι δι' ἀμαρτίας ἡ ἐκ περιστά-  
σεως τῶν μελῶν τοῦ σώματος νέκρωσις, δι' εὐγνώ-  
μονος εὐχαριστίας εἰς αὐθαίρετον ἀρετὴν μετα-  
πίπτουσα, καθ' ἣν τῶν καθ' ἀμαρτίαν πολλῶν ἀπο-  
λυθμενος ὁράλημάτων μετὰ τοῦ λόγου δικαίως  
εἰτεισιν εἰς τὴν χώραν τῆς γνώσεως, φημὶ δὲ τὸν  
παράδεισον, ἐν ᾧ γενόμενος γνώσεται τὴν αἰτίαν τῆς  
ἐν ᾧ καθεῖται μετανύν καταδίκης καὶ κακοπαθείας.  
Ληστής δὲ ἀγνώμων ἐστιν ὁ δι' ἀμαρτίας πάσχων  
κακῶς ὡς ὑπεύθυνος, καὶ μὴ γνωρίζων διὰ (249 a)  
φιλοτεχθήμονα γνώμην τὸν ἀνευθύνως ὑπὲρ φιλαν-  
θρωπίας αὐτῷ συμπάτχοντα τῆς δικαιοσύνης λόγον,  
ἀλλὰ βλασφήμως ἀποπεμψύεντος τὸν ἐπ' αὐτῷ κατὰ  
πόρνοιαν δικαίως ὄρισθεντα τῆς κρίσεως λόγον, δις  
ἐπειδὴ μὴ ἔγνώρισε τὸν ἀτέμως αὐτῷ κατὰ βούλησιν  
συγκαταδικασθέντα λόγον καὶ ἡτήσατο χάριν ὃν  
ἐπιλημμέλησεν, ἀξετεῖται τῆς βριτείας ἀλλότριος,  
οὐδεμίαν τοῦ ποτε ταύτης τεύξεσθαι παρὰ τοῦ λόγου  
λεῖθων ἐπάγγελον.

**"Ἄλλο εἰς τὸ αὐτὸν θεώρημα.**

Καὶ πάλιν ληστής ἐστιν εὐγνώμων ὁ καὶ ἐπ' αὐτῷ  
τὸ πέρας τῆς παρούσης αὐτῷ γενόμενος ζωῆς ἐλθὼν  
εἰς συναίσθησιν τῶν πλημμελθέντων αὐτῷ, καὶ  
γνωρίζων μετὰ συνέσεως τὸν ἐπ' αὐτῷ δικαίως  
ώρισμένον ἐνταῦθα τῆς θείας κρίσεως συντελούμενον  
αὐτῷ λόγον, καὶ αἰτῶν συγγνώμην εἰλικρινῶς ἐκ  
βάθους ψυχῆς ὃν ἡμαρτεν. Ἀγνώμων δὲ ληστής  
ἐστιν ὁ κατ' αὐτὸν τὸ πέρας τῆς παρούσης αὐτῷ ζωῆς  
γενόμενος καὶ τὸν κατὰ ψῆφον δικαίαν τοῦ Θεοῦ  
τεθέντα σοφῶς τοῦ μερισμοῦ τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ  
σώματος νόμον τε καὶ ὅρον ὡς μὴ κακῶς δοθέντα  
διὸ φιλοζωίαν μεμφόμενος.

**"Άλλο εἰς τὸ αὐτὸν θεώρημα.**

Καὶ πάλιν ἐπειδήπερ ἔκαστος ἡμῶν διπλοῦς ἐστι  
τὴν φύσιν, ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος συνεστῶς, ληστής  
ἐστιν διὸ ἐκάτερον τῶν ἐξ ὃν συνέστηκε κατὰ τὴν  
θατέρου φύσιν νόμον ὑπὲρ ἀρετῆς τῷ Λόγῳ μυστι-  
κῶς συσταυρούμενος, καὶ τὸν μὲν τῆς ασκήδος νόμον,  
ῶσπερ ἀγνώμονα ληστὴν τῷ λόγῳ τῆς ἀρετῆς ἀντι-  
πίπτοντα, τὸν δὲ τοῦ πνεύματος νόμον ὕσπερ ληστὴν  
ἔχων εὐγνώμονα, καὶ τὸν Σωτῆρα Λόγον διὰ τῶν κατὰ  
τὴν πρακτικὴν τρόπων, καὶ ἐπίπονοι ὕσιν, ἀποδε-  
χόμενον, ψυχεισέργεται γεγηδῶς εἰς τὸν τῆς  
εὐειγίας τόπον τὸν πάσης κατάκορον γνώσεως τοῦ  
κατὰ σάρκα φρονήματος παντελῶς ἀπηλλαγμέ-  
νος.

**(249 b) "Άλλο εἰς τὸ αὐτὸν θεώρημα.**

Καὶ αὖθις ληστής ἐστιν εὐγνώμων διὰ καταξιω-  
θείας συσταυρούθηνται. Χριστῷ διὰ παντελοῦς καὶ ὄλο-  
χλήρου τῶν παθῶν νεκρώσεως, καὶ δεξιῶς αὐτῷ συ-  
σταυρούμενος, τουτέστι μετὰ λόγου καὶ γνώσεως  
πάσσον διεξιῶν ἀρετὴν, καὶ ἀπρόσκοπον πᾶσιν ἀν-

A sapienter induerat providentia, demptis regni ejus  
lux inaccessa apparuerit. Sic circumstat eum  
peccati causa patientem corporis membrorum de  
circumstantia mortificatio, quæ per fidelem gra-  
tiamque beneficij recordationem in voluntariam  
mutatur virtutem, quæ debitum peccati multis so-  
lutos in regionem cognitionis cum Sermone jure  
intrat, hoc est in paradisum, ubi certior fiet de  
causa nostræ damnationis atque miseriae, quibus  
nunc tanquam in carcere cohimbemur. Latro im-  
probus contra est qui peccati causa obnoxius  
patitur, quique propter voluntatis malignitatem  
justitiæ sermonem non agnoscit una cum se, sed sine  
culpa, patientem pro benignitate sua, imo cum con-  
vicio repudiat judicii sermonem merito ei de provi-  
dentiæ definitum: qui cum Sermonem contumeliose  
secum, et sua ipsius sponte, condemnatum nou co-  
gnosset nec delictorum suorum veniam rogavisset, e  
regno ejicitur, ut alienus, nullam unquam se civita-  
tem ejus recepturum esse latum accepturus nuntium.

**Alia in idem contemplatio.**

Atque iterum latro probus est qui, etiam si in  
ipso demum sine præsentis vitæ, venit in pecca-  
torum suorum reputationem, prudenterque agnoscit  
verbum divini judicii in se hic consummatum,  
quod ei merito erat definitum, quique sincere ex  
intimo corde eorum quæ deliquerit veniam petit.  
Improbus contra latro est qui vel in ipso vitæ  
præsentis sine Dei legem ac definitionem animæ  
a corpore separandæ, quamvis justo judicio ac  
sapienter sancitam, vitæ amore tanquam male  
institutam vituperat.

**Alia in idem contemplatio.**

Atque rursus cum nostrum unusquisque dupli-  
cem habeat naturam, ex anima atque corpore  
consistens, latro est qui secundum utramque eorum  
ex quibus constat pro alterius natura legem pro  
virtute cum Sermone mystice cruci affigitur, et  
carnis quidem legem veluti improbum latroneum  
virtutis sermoni obnitentem, spiritus vero legei  
veluti probum latronem habet, quique Salvatorem  
Sermonem per practicæ philosophiaæ modos, etsi  
D magno cum labore sint conjuncti, recipit, quocum  
simul ingreditur ketus in oblectationis locum,  
omni cognitione refertum, carnali sensu ac cogi-  
tatione plane liberatus.

**Alia in idem contemplatio.**

Atque rursus latro probus est is qui cum Christo  
simil cruci affligi meruit per plenam atque perfe-  
ctam passionum mortificationem, quique ad dex-  
tram ejus est cruci affixus <sup>¶</sup>, hoc est qui cum ra-  
tione et cognitione omnem persecuitur virtutem,

<sup>¶</sup> *Ibid.* 38.

cunctisque hominibus inoffensam servat vitam, qui que nullam prorsus quae austeritate a sermonis lenitate discrepet habet motionem. Improbus contra latro est qui gloriae laetiorumve emolumenatorum gratia speciosis modis subdole simulat vitam secundum virtutem institutam, unicoque ac soli pro omni virtute et cognitione in conversatione cum alienis sermoni adulatori dat operam, erga necessarios contra pravum se gerit voluntate ac moribus et illiberali prorsus, cui praesertim viæ Dei calumniatori prudenter est os obturandum. Fortasse enim desinet quod in sua revertatur calumniari Sermonem ab increpante admonitus, quemadmodum in cruce contigit illi qui sine verecundia blasphemiam protulerat latro <sup>n</sup>. Quod enim non obloquitus est increpanti, id sermonem qui prolatus erat tacite probatum significat. Quacunque utique contemplationis ratione cum Christo simul cruci affigimur, dum ibi sumus, Sermonem una cum nobis cruci affixum placare studeamus, ac veracem conscientia a cogitationibus eam increpantibus purgata accipere quietis annuntiationem, siquidem hodierna dies praesentem hujus ævi diem denotat (nam, *Hodie, inquit, mecum eris in paradyso* <sup>n</sup>), crastina vero futura, qua non peccatorum remissio exspectanda est illa, sed sola vitæ ex merito conveniens retributio.

*Ex eodem sermone, in illud : « Si Josephus Arimatheus sis, ab eo qui cruci affixit corpus pete P. »*

Corpus Christi est anima, vel facultates ejus, vel sensus, vel singulorum corporis, vel corporis membra, vel mandata, vel virtutes, vel rationes eorum quæ facta sunt, vel, ut verius simpliciter dicam, privatim et in commune, haec omnia et horum singula quæque sunt corpus Christi. Quod cruci affigit, nempe haec omnia, diabolus, in eo qui talem horum crucifixionem admittit, secundum naturam ea operari prohibens. Josephus autem explicatur secundum Hebraicam linguam *Additio* : Arimathia vero, *Tolle illud. Quid igitur? Homo fidei addimenta habens et cognitionis, et virtutis modis auetus, omnemque materialium fraudem in se profiliens, Josephus hic est spiritualis, qui Christi corpus desumptum laute pollingere potest inque corde condere ex fidei tanquam lapide structo, ipsius corpus ad instar Christi corpus per gratiam, et corporis membra justitiae arma Deo in sanctificationem efficiens, sensus vero corporis secundum innatam rationem ad naturalem in spiritu contemplationem animæ ministerio sistens, ipsique animæ ad virtutes perficiendas parem atque facultatibus attri-*

<sup>n</sup> *Luc. xxiii, 59.* <sup>o</sup> *ibid. 43.* <sup>p</sup> *ibid. 52.*

#### VARIE LECTIONES.

<sup>“</sup> *Apographum habet εὐξητέοντα.*

(50) Idem *ibid. cap. 24, p. 864, tom. I Opp. ed. Bened.*

A θρώποις τὸν βίον διετηρῶν, καὶ μηδεμίαν ἔχον το παράπαν τῆς τοῦ λόγου πραότητος ἀπόδυσον δι' αὐτηράτητα κίνησιν. Ἀγνώμων δὲ ληστῆς τοιν δόξης ἔνεχεν ή λημμάτων ἀδροτέρων τοις φαινομένοις; τρόποις ύπούλως τὸν κατ' ἀρετὴν βίον ὑποκρίνομενος, καὶ ἔνα καὶ μόνον πρός τοὺς ἔξι τὸν καλακα λόγον ἀντὶ πάσης ἀρετῆς τε καὶ γνώσεως μετερχόμενος, πρός δὲ τοὺς συνήθεις σκολιός τις τὴν γνώμην παντάπασιν ὅν καὶ δυσάντητος, διὸ δεῖ μᾶλι γε τὴν δόδην τοῦ Θεοῦ βλασφημοῦντα μετὰ συνέστις ἐπιστομίζειν. Ἱσως γάρ παύσεται τοῦ διαβόλου διὰ τῆς οἰκείας ἀναστροφῆς τὸν λόγον τῇ παρανέσει τοῦ ἐπιτλήσσοντος, ὡς περ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ πέπονθεν δὲ τὴν βλασφημίαν ἀδεῶς προστενέγκας ληστῆς. Τὸ γάρ μη ἀντιφθέγγεσθαι τῷ ἐπιτλήσαντι σημεῖον B ἔχει τῆς τοῦ φρήνετος ἀποδοχῆς λόγον τὴν σιωπήν. Καθ' ἡντινὰ γοῦν τῶν εἰρημένων θεωρίαν τῷ Χριστῷ συσταυρούμεθα. σπουδάσωμεν, ὡς ἐσμεν ἐνταῦθα, τὸν συσταυρούμενον ἡμῖν ἱερεύσασθαι λίγον, καὶ τὴν ἀψευδῆ δέξασθαι κατὰ συνείδησιν καθηρεύεσσαν τῶν πλησιστῶν αὐτὴν νοημάτων τῆς ἀναπαύσεως ἐπιχειρεῖν, εἰπερ ἡ σήμερον τὴν ἐνεστῶσαν τούτου τοῦ αἰλίνος ἡμέραν ἐνδείκνυται (σήμερον γάρ, φησίν, ἔσση μετ' ἔμοιν ἐν τῷ παραδείσῳ), ή δὲ αὖτον τὴν τοῦ μέλλοντος, καθ' ἣν οὐδεμίαν μὲν δέξειν ἀμαρτημάτων ἐκδέχεσθαι χρή, μόνη γάρ δὲ τῆς ἐκάστη πρεπούτης κατ' ἄξιαν ἀμοιβῆς τῶν θεεῖνων ἀντιδοσιν.

C (250 a) ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τοῦ Ἰωσήφ ἥς ὁ ἀπὸ Ἀριμαθαῖας, αἱτησαι τὸ σῶμα παρὰ τοῦ σταυροῦντος (50). »

